# SIVE DE DECIMIS DISSERTATIONEM, QUAM PRAESIDE DN. JOHANNE FRISCHMUTH, ...

Johann Frischmuth, Thomas Sagittarius, ...

VIRIS
*MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS, atq; EXCELLENTISSIMIS*

DN. JOHANNI MACRINO,
J. U. D. & Illustrissimi Ducis Megapolitani Consiliario gravissimo,

DN. JOHANNI DASSEL,
PATRITIO EMINENTISSIMO, Consiliorum publicorum nunc Directori prudentissimo,

DN. HENRICO CROLOVIO,
J. U D. & Præposituræ LUNENBURGIACÆ Administratori solertissimo.

TRIGÆ CONSULUM Reipubl. Lunenburg. meritissimæ

*Hasce Primitias Academicas*

In debitæ observantiæ ac grati animi
SYMBOLUM
*ulteriorisq; faventiæ aucupium.*

Dicat & consecrat
THOMAS SAGITTARIUS, Brunsvigas.
Autor.

# PROOEMIUM.

HUjus disquisitionis thema philologicè cumprimis ventilandum, licet quibusdam insolens, & seculo hoc Decimis etiam *Numini SSancto* sanctè sacratis admodum infesto, perquam sterile queat videri: pluribus tamen, priscis præsertim delectantibus, cana antiquitate, jucundaque utilitate ubertim sese commendaturum confidimus. Sunt enim, qui opinentur, *Abelem* & *Cainum* primævam τῶν πρωτοπλάστων sobolem, DEO non tantum obtulisse primitias, sed etiam decimas de frugibus & gregibus על ארנות של אלהות ולפי ההוראה על העבודה וההכנעה ut Rabbi Arama loquitur, comm. in Pentateuchum fol. 313. hoc est, in recognitionem ejus, quod *Deum Dominum suum faterentur Gen. 4. v. 3. 4.* ut scribit celebratissimus Lutheranæ ὀρθοδοξίας assertor, verè πολύκαρπος ille *Lyserus harm. Evang. c. 109. ed. Francof. fol. 2023. Abrahamus* à pugna reversus cum quatuor Regibus orientis inita, Decimas ἐκ τῶν ἀκροθινίων ex manubiis sive spoliis, non quæ hostes eripuerant Sodomæis, sed quæ victor ceperat ab hostibus, *Melchisedeco* dedit *Sacerdoti* לְאֵל עֶלְיוֹן *Gen. 14. v. 18.* τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου, *Heb. 7. v. 1.* Jacobus patriarcha in Paddanem Syriæ profecturus vovit Deo decimarum oblationem cunctis de bonis, quæ ipsi esset daturus, si prospere ad domum paternam reverteretur, *Gen. 28. v. 22.* ad quem locum non malè scribit Isaacus Arama fol. 77. col. 4. זה ענין מיוחד אל קבלת האלהות לגמרי ושיכיר שכל טובות האדם והצלחותיו אינם רק מפארת השגחותיו כי על כן חוייב להפריש מכחם לה המעשרות והתרומות ושאר המתנות: *hoc eò dixit, quòd animus ipsi erat, Deum suum cognoscere, atque adeo omnia bona & prosperum successum nonnisi divinæ accepta ferre provi-*

 dentia.

*dentiæ. Eum enim in finem separare tenentur de bonis suis Decimas, Therumoth, & reliqua dona.* Gloriabundus ille Pharisæus inter alia, quæ de sese jactitat, & hoc ipsum effutire audet: ἀποδεκατῶ πάντα, ὅσα κτῶμαι: Decimo omnia, vel Decumas do omnium, quæ possideo, *Luc. 18. v. 12.* ut ita decimæ multò ante, quam lex Mosaica traderetur, in usu fuerint, & postquam ea lata fuit, subinde usque ad famosam illam gentis Judaicæ πανολεθρίαν viguerint, adeoque stantis & labentis Ecclesiæ Judaicæ eas fuisse, dicere possimus *cum Clarissimo* AUGUSTO VARENIO, *SS. Theol. Doct. & Linguarum Orientalium in antiqua Rosarum Academia Pub. Prof. & Præceptore de me & studiis meis optime merito, ex trifolii sacri c. 31. de Decimarum antiquitate pag. 31.* Hanc decimarum ventilationem quum prudentissimi studiorum meorum moderatores, quorum & apud me multum valet, & *ob muneris atque sanguinis venerationem* plurimum valere debet auctoritas, certis de causis sibi notis mihi imponendam judicarint, rejectis verborum huc minime pertinentium ambagibus rem ipsam aggrediar, & Dissertationem hanc cumprimis philologicam, placidæ τῶν συμφιλολογούντων disquisitioni submittam:

Tu BONE, cui Decimæ Patrum placuere, JEHOVA,
qui dare jussisti lege tua Decimas:
Da BONE, de Decimis his ut benè dicere possim,
& TIBI ferre queam de Decimis Decumas!

# CAPUT I.

*Ὀνοματολογία Decimarum exhibetur, & soliusne legis naturalis instinctu an positivæ alicujus ante Mosen solutæ illæ fuerint, disquiritur.*

AD contemplationem Decimarum generalem primò omnium pertinet ὀνοματοσκεψία, sive *nominum evolutio.* A nominibus enim auspicandum esse *aliger ille Scaliger*, juxta *Taubmannum in Bucol. p. 2.* docet *Exercit. 303. sect. 9.* Dicuntur autem Decimæ vel decima sc. pars à decem, quæ vox juxta *Isid. Hispalens. Episc. l. 3. Origin. c. 3. p. 887. in Auctor. Lat. Ling. in unum corpus redact. à Dionys. Gothofredo, JC.*

à Græca

à Græca etymologia derivatur, eò quod ligent & conjungant infra jacentes numeros. Nam *δεσμὸς* significat vinculum & *δεσμεύειν*, item *δεσμόειν*, *δεσμεῖν* *conjungere* vel *ligare* apud Græcos dicuntur, *lib. 10. Orig. in lit. D. p. 1072. Philo verò περὶ τῶν δέκα λόγων* Primi, *inquit*, impositores nominum viri sapientes meritò videntur appellasse hanc *δεκάδα*; quasi *δεχάδα*, quod capiat omnia numerorum genera & rationem proportionum Arithmeticarum ac insuper harmonicarum, symphoniarumque. Hæc sunt, quæ denarium faciunt admirabilem, qui complectitur naturam & indimensam & dimensionibus obnoxiam. *Hæc ille. Becmannus in Origin. Hanov. anno 1629. editis p. 980.* Decem, inquit, *δέκα* quasi *δέχα*, à *δέχομαι*, quod omnem in se numerum continet. Cui adstipulatur *Joh. Fungerus in Etymolog. Latino-Græco p. 277.* Decas Etymologicis dicta quasi *δεχάς*, quod omnem in se recipiat numerum, unde mundum, qui in se omnia complectitur, rerum naturalium principia hoc ipso significari docuerunt Pythagorici. Hinc *Malchus in vita Pythagoræ:* Τέλειον ἀριθμὸν τὸν δέκα εἶναι λέγουσιν, μᾶλλον ἢ τελειότατον ἁπάντων, adde *Aristotelem lib. 1. Metaph. cap. 5. S. Hieron. in cap. 38. Jobi, & S. Augustinum l. 20. de Civ. D. c. 23. Marcum Musurum in Etymolog. magno p. 253.* Ex Ebræis *R. Becbai*, *qui comment. in Pentateuchum fol. 151. col. 2. sic scribit:* החשבון. הורה נאמר על רבוי בהרבה מקומות בתורה וכן זה עשר פעמים תכלימוני ועל שם שהוא סוף כל החשבון והכל נכלל בו על כן: לוקח החשבון הורה להורות על הרבוי: Numerus hic (denarius) in lege sæpiùs de multitudine accipitur, & ita quoque intelligenda sunt verba hæc (Job. XIX, 3.) decem vicibus pudore me affecistis. Quia omnis numeri finis est, & omnes in eo comprehenduntur, ideo ad multitudinem ostendendam adhibetur. Huc referendum, quod ipsam naturam nobis in manuum digitis eum numerum dedisse, *Cælius Rhodiginus* ait, qui omninò videndus *lib. 22. lect. Antiq. cap. 14.*

§. 2. A voce *Decem* descendunt *decimus*, & *decumus*: item *decimanus* & *decumanus*. Sic ova decumana & fluctus decimani, juxta Festum Grammat. lib. cit. *Dionys. Gothof. JC. p. 278.* dicuntur, quia sunt magna; nam & ovum decimum majus nasci, & fluctus decimus fieri maximus dicitur. Græcis est δεκακυμία: Hinc *Ovidius*:

- - decimæ ruit impetus undæ.

*Lucilius* - acipensere cum decumano.

*Silius Italicus l. 14.*

Non autem Boreas Rhodopes in vertice præceps
Cum sese immisit, decimoque volumine pontum
Expulit in terras: sequitur cum murmure molem.
Ejecti maris & stridentibus affremit alis.

*Decumanus* appellatur limes juxta *Festum*, *d. l. p. 278.* qui fit ab ortu solis ad occasum: alter ex adverso currens appellatur cardo. Quæ *Isidorus, orig. lib. 15. c. 14.* repetit, & uberiùs explicat his verbis: Limites maximi in agris sunt duo, Cardo & Decumanus. Cardo, qui à Septentrione directus à cardine cœli est: nam sine dubio cœlum vertitur in Septentrionali orbe. Decumanus est; qui ab oriente in Occidentem per transversum dirigitur: qui pro eo, quod formam X faciat, decumanus est vocatus. Ager enim bis divisus, figuram denarii efficit. Conf. *Rosin. l. 8. A. Roman. c. 9.* de terminis sive limitibus. Apud *Plautum* locus occurrit satis controversus, qui à diversis diversimodè legitur atque exponitur: *in Stich. act. 5. scen. 4. v. 26.* Tibi propinabo decuma fonte: ubi per decumam sive decumanam grandem & capacem intelligunt amphoram sive craterem. Alii legunt decumam à fonte: quod valeat aquæ decima parte, *autore Turnebo.* Alii decumana fonte, Gen. fœm. è decumano cratere, de quibus videantur *Gruterus & Taubmannus in Not. super h. l. Marc. Zuer. Boxbornii Plaut. cum Comment. p. 1002. Pareus in analect. Plautin. super h. l. Thesaur. Critic. tom. 7. p. 709.*

§. 3.

§. 3. Nec illud silentio hic est prætereundum, portam quandam castrorum apud Romanos dictam fuisse *Decumanam*, qua de *Rosinas l. 10. antiq. Rom. c. 12.* Fuerunt illis ut plurimum quatuor Portæ. Prima erat *Pratoria*, quæ & Quæstoria dicta est: ea vel orientem solem spectare, vel è conspectu hostium dirigi solebat. Tertia erat Principalis, ex qua Principes & summi duces, velut ex postico, si quando opus esset, opem suis laborantibus ferebant, ordines tendebant, & milites educebant. Via quoque quæ ad eam ferebat, dicta est Principalis. Quarta erat post prætoriam, & *Quinctana* dicebatur, quippe per eam commeatus in castra convehi, & rerum utensilium copia venalis exponi, inde etiam merces ad usum militaris multitudinis, quæque bello usui essent, importari & exportari solebant. Secunda â tergo castrorum porta erat *Decumana*, eò quod ampla & patens: ex qua desertores & facinorosi; in quos jure erat animadvertendum, educebantur & pœnis coërcebantur, conf. *Lips. l. 5. de milit. Roman. dial. 5. C. Barthium Advers. l. 2. c. 20.* &c. Hujus portæ decumanæ tutelam milites decimæ legionis decumani vocati à Suetonio in Cæsare c. 7. habebant: qui decumani præstantissimi etiam habiti, ut patet ex *Cæsaris lib. 1 Bell. Gall.* ita ut secum sola decima legione iturum non dubitaret, & huic propter virtutem confideret maximè. Atque hinc decumanam portam præcipuam inter cœteras fuisse in castris existimamus, excepta prætoria, quæ princeps erat, vel etiam ita dicta, quod patentior esset & major, quemadmodum *Festus* decumana & fluctus decumanos, item scuta decumana, quæ magna essent, appellari scripsit.

§. 4. Hoc loco nobis *decima* est δέκατον μέρος τῆς οὐσίας, ut Hesychius loquitur, vel una ex *decem* portio. Numerò effertur, tàm singulari, quàm plurali. Hinc *Vossius l. 3. de arte Grammat. c. 43.* decimæ sæpius puta partes: sed & decumam legas, tum additò substantivò, tùm ἁπλῶς *Plautus in Stich.*

*Act. 1.*

*act. 1. scen. 3. v. 81.* ut decumam partem Herculi polluceam. *Cicero l. 3. de N. D.* Neque Herculi quisquam decimam vovit unquam, si sapiens factus esset. Decuma apud Romanos fuit ex agris, qui frumenti decimam vel quamvis aliam partem solvebant. A decumano vectigali decumani sunt dicti publicani, per quos decimæ exigebantur, qui decumas quæstus sui causâ redimebant. Vectigalia, scribit *A. Turnebus lib. 1. Advers. c. 5. p. 6.* populus Romanus accipiebat ex agricultura: agri enim vectigales decumas frumenti populo Romano pendebant: hoc frumentum militibus admetiebantur: sed & urbanæ plebi modo semissibus, modo trientibus. Tandem tamen lege Clodia semisses & trientes sublati sunt, gratisque etiam plebi urbanæ admensum est frumentum.

§. 5. A scriptoribus sacris N. T. vocatur δεκάτη sc. μοῖρα ἢ μοιρία decima pars, confer Heb. 7. v. 2. & 4. & in plurali αἱ δεκάται Eb. 7. v. 8. Unde descendit verbum δεκατόω decimam partem accipio, decimo Ebr. 7. v. 6. & δεκατόομαι decimor, decimas solvo. Ebr. 7. v. 9. Et ἀποδεκατόω Matth 23. v. 23. Luc. 11. v. 42. quod verbum significat & exigere & persolvere decimas. In priore significatione sumitur Ebr. 7. v. 5. ubi v. 4. exponitur per δεκάτας λαμβάνειν. In post. Luc. 18. v. 12. confer LXX. 1. Sam. 8. v. 15. & Gen. 28. v. 22. à scriptorib. V. T. & præsertim mundi nascentis Historico Mose vocatur מַעֲשֵׂר Gen. 14. v. 20. c. 28. v. 22. Lev. 27. v. 30. &c. à rad. עָשַׂר, quæ punctum in cornu sinistro gerens alteri עָשַׁר cum puncto in dextero, est affinis, quæ significat dives fuit, locupletavit, cum denarius numerus sit dives & plenus. Confer *Rev. pl. & Excellentiss. Dn. Dilberri, Salanæ quondam hujus Doctoris famigeratissimi Tom. 2. Disp. Academ. præcipuè Philolog. disp. 4. th. 6. p. 66. in Talmud, Massechetb* תענית *cap.* elegans occurrit paronomasia, עשר בשביל שתתעשר *da decimas, ut dives fies*, quâ utebantur ad decimas ritè persolvendas homines adhortaturi. Cui quà sensum simile dictum

ctum occurrit in Pirke Aboth. c. 3 מעשרות סיג לעשר *Decimæ sunt sepimentum divitiarum.* Chaldæus interpres reddit חרמן עשרה unum de decem. Gen. 28. v. 22. De Decimis hisce *Exod. 22. v. 29.* Deum loqui, Vulgatus extra dubium posuit, dum vertit; Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere. In fonte hæc habentur verba : מלאתך ודמעך לא תאחר : plenitudinem tuam & lachrymam tuam non differes. Lutherus Germanicè reddit: Deine Fülle und Thränen solt du nicht verziehen. Per vocem מלאה intelligi fructus duros, per רמע molles, ex quibus liquor manat, rectè à B. Luthero in notis est monitum. Pertinent huc verba R. Davidis Kimchii, qui in Lib. Radicum ad vocem רמע sic scribit: כנוי לשמן או ליין היורד מן הגרה טפה טפה : *Est epitheton olei vel vini, quod è torculari profluit instar lachrymarum guttatim.* Hoc interpretamentum Schindlerus & alii sequuntur.

§. 6. Semel in sacris literis occurrit vox עשיריה Esai. 6. v. 13. eam Vulgatus *decimationem* vertit, quam tamen rectius verteris decimam partem. Patet id ex similis formæ voce שלישיה Esai. 19 v. 24. quem locum R. Aben Esra in commentario nobis suggessit ad Es. 6 v. 13. Versio tamen isthæc vulgata in memoriam nobis revocat *decimationem* quandam Politicarum & præsertim militarem, de qua videndus Cœl. Rhodiginus lib. 10. lect. antiq. c. 5 & alii. Nempe quum graviter universi deliquissent milites, sorte decimum quemque ex illis ultimo supplicio affectum legimus. *Tacitus annal. lib. 2.* tradit L. Apronium decimum quemque ignominiosæ cohortis sorte ductos fusti necasse. Sic Legiones jussu Galbæ decimatas idem Cornelius affirmat *lib. 1. Hist. & annal. l. 14.* scribit: ex fuso exercitu, quum decimus quisque fusti feriretur, etiam strenui sortiuntur. Conf. *Diodor. Siculum lib. 11. Biblioth. & Herodotum lib. 7. Histor. Pausaniam lib. 1. Rerum Atticarum. Polybium in lib. de tribus Politiis*, qui vocat ἐκ δεκάδος ἄγειν ἐπὶ θάνατον.

§. 7.

§. 7. Quàm multis verò retrò seculis Ethnicis quoque decimarum solutio in usu fuerit, ex eo constare potest, quod Græci, Carthaginenses & Romani Diis suis, ut Apollini, Herculi, Jovi Feretrio decimam de præda sacraverunt. *Justinus* *n. l. 28.* refert Cartalonem à Carthaginensibus missum esse Tyrum, ut eò decimas Herculis ferret ex Præda Siciliensi, quam pater ejus ceperat. *Lib. 21* ait Crotonienses, cum bellum gererent adversus Locrenses, vovisse Apollini *decimas prædæ:* Locrenses autem voto hostium cognito *nonas* vovisse, tacitamque eam rem habuisse, ne votis vincerentur. Similiter Livius testatur *decad.* 1. *lib.* 5. Camillum dictatorem pergentem ad delendam urbem Veios, decimam partem prædæ vovisse Apollini. De Pelasgis referunt Historici passim, eos Diis suis decimas solvere solitas fuisse. Confer *Dionysium Halycarnass. libro primo.* Decimas ventrium ex animalibus, quæ immolarentur, Prytaneo fuisse datas refert *Joan. Meursius, Athen. Attic. lib. 1. c. 8. p. 54. & 55. ex Suida in* Ἀδεκατεύτους. Τῶν κοιλιῶν τῶν θυομένων ἐδίδοσαν τὴν δεκάτην μοῖραν ἐν τῷ πρυτανείῳ. Inde Cleon apud *Aristophanem in Equitibus*,

| | |
|---|---|
| Καί σε φανῶ πρυτάνεσιν<br>Ἀδεκατεύτους τῶν θεῶν ἱερὰς ἔχοντα κοιλίας | Et te deferam ad Prytanes<br>non decimatos diis sacros<br>habentem ventres. |

Vel ut vertit *Cl. Frischlinus in Equit. act. 1. scen. 3. p. 193.*

Aut referam ego Prytanibus
non decimatos te Deûm sacros
possidere ventriculos.

Ubi *Scholiastes Aristophanis addit p. 205. edit. Basil. in fol.* ἔθος εἶχον τὰς δεκάτας τῶν θυομένων τοῖς Πρυτάνεσιν μάγειροι διδόναι. *Moris erat coquis, ut decimas immolatorum Prytanibus darent.*

§. 8. Quandoquidem & gentibus longè antiquissimis, & uti ex sacris constat, ipsis Patriarchis haud ita multis annis post mundi conditum mos ille decimandi fuit receptus; quæritur: an ex

an ex legis naturalis instinctu decimas solverint, an vero lex aliqua positiva divinitus lata Patriarchas obligaverit, quos deinde Ethnici *κακοζηλία* quadam fuerint imitati? Ubi cum *D. Polycarpo Lysero, b. m. Harm. Evang. cap. 109.* fatemur, de origine decimarum non usque adeò certò constare. Addimus vero & hoc: etiamsi solutio decimarum *materialiter* & *secundum se* considerata sit juris naturæ, quod omninò poscit, ut pars aliqua fructuum in usum pauperum, maximè verò illorum, qui sacris operantur, separetur: determinatio tamen illa ad certam quotam & numerum præcisè denarium non magis ex naturali & omnibus hominibus communi principio profecta est, quàm restrictio illa, quæ fit ad aliam quamvis partem; sed in totum debetur vel legi positivæ vel consuetudini, quæ postmodum legis authoritatem accepit. Neque dubitamus, quin ad alias gentes iste ritus à Judæis manârit.

§ 9. Quis verò inter hos primus & cujus jussu decimas solverit, ipsi Ebræi etiamnum disputant. In *libro Jalkut fol. 33. ex Pirke R. Elieseris* ad verba *Gen. 26. v. 12.* Et sevit Isaac & reperit in anno isto centum שערים *mensuras*, Isaaco decimarum origo tribuitur, ubi *Rabbi Salomo* quoque sic commentatur: רבותינו אמרו אומר זה למעשרות היה: *Doctores nostri dixerunt, hanc mensuram fuisse decimarum.* Neque abludit *R. Maimonides, Hilkot Melachim cap. 9. §. 1.* his verbis אברהם התפלל שחרית ויצחק הפריש מעשר: *Abrahamus* (primus) *manè preces fudit, & Isaac decimam separavit*, nempe מעצמם vel *sponte sua*, ut *Rabbi Joseph Karo ad Maimonidem glossatur.* Cœterum rectè *Maimonidi* dicam hîc scribit *R. Abraham Ben David*, כן היה ראוי לומר והוא התפלל שחרית והפריש מעשר: *Sic debebat loqui: Abrahamus manè oravit & decimam separavit*, nempe, cum *Gen. 14.* Sacerdoti Melchisedeco decimas offerret. Neque quicquam causæ est, quamobrem *Rabbi Abrahamum* se animadversionibus suis Maimonidi ini-

quiorem præbere conqueratur *Johannes Seldenus lib. 1. de Syned. cap. 2. tum*, inquiens, *codices Maimonidis impressi, tùm optimus penes me & vetustus ejusdem manuscriptus reclamant & decimas velut institutori Isaaco tribuunt.* Cùm non sit quæstio, utrùm Maimonides ita scripserit & senserit, quod R. Abraham minimè ibit infitias: Sed an priscos illos Ebræos ei sequuto fides sit habenda, quod rectè negat R. Abrahamus, & uti alibi (vide Cl. Dn. *Præsidis Discurs. de Rege eligendo & deponendo §. 30.*) ita & hic quoque meritò taxat Maimonidem, licet Ebræorum JCtorum audiat primarius.

§. 10. Quod enim Maimonides cum veteribus nonnullis Ebræis Isaacum primum fuisse perhibet, qui ממונו *opes suas* decimârit, (Abrahamum משלל *de spoliis* duntaxat dedisse decimas ajunt) id ex Genes. l. cit. nunquam probabitur, & non diffitente *R. Joseph. Caro in Keseph. Mischne* intelligendum id est, כפי דרשת החכמים *secundum allegoricam Doctorum expositionem*. Longè alium vero sensum verborum suppeditant Rabbini, qui secundum literam textum explicare solent. Hoc enim *R. Abarbenelis* est interpretamentum: מצאת בתבואתו כל מהברכה שהותרת מאה פעמים יותר ממה ששער בנפשו שיצמח לו באופן שבזרה בלבו השם: *Tàm uberem benedictionem ex Dei singulari gratia in proventu suo sensit, ut plus centies acceperit, quàm se nacturum existimaverat.* Conf. etiam librum *Michlal Jophi*, in quibus gemella leguntur, decimarum nullâ prorsus factâ mentione. Similiter *Chaldæus*, qui vertit: ואשכח בשתא ההיא על חד מאה בשערוהי

§. 11. Fuit igitur primus Abrahamus, quem sacræ literæ decimas dedisse referunt, suppressô eô, an ex inspiratione quadam divinâ, an verò religiosa quadam consuetudine hoc fecerit, in quô curiosè investigando nequaquam hic laborabimus, quippe quibus decretum est cognoscere, quam fructuum decimandorum rationem Ebræis olim Deus præscripserit, postquam

quam terram Canaan in onere primitias & decimas ſolvendi eis tradidiſſet. Ex eo enim tempore, quô eam occupârunt היו תלוים בארץ כי המה חובת קרקע המקדש ההוא ומזון הלוים והכהנים עוברי המקדש; *pendebant ab illa (decimæ) quia erant debitum illius ſancti fundi, & Levitarum ſacerdotumque in ſanctuario ſervientium alimentum,* uti ad Lev. 19. v. 3. *R. Abarbenel* commentatur. Confer Deut. 26. v. 1. & ſeqq. Cum vero & Levitarum Sacerdotumque ordini & communi egeſtati ſimul decimis conſultum vellet ſupremum Numen, aliquot peculiares de decimis ſolvendis leges juſſu divinô tulit ſapientiſſimus legiſlator. De illarum autoritate loquitur *Rabbi Iſaacus Arama fol. 316. col. 3. com. in Pentateuchum* his verbis: יראה שעם שנתינת המעשרות כבר תהיה תשומה אנושית שמורה נדיבי עמים לפרנס ענייהם בקרבם או המלמדים והמתפללים וכיוצא כי הוא מדה טובה מוטבעת במעולים שבאנשים וכבר זכר זה הפלוסוף פט מהמאמר הה' מספר המדות אמר כי זבחים הקדומים וההקהלות יראה שהיו נעשים אחר אסיפת התבואה לתת המעשרות מם בותרת האל ותע' היא שיתיחס המעשרים כלם אליו ושאין אתה עושה כי אם ללכת על פי יושר דרכיו והנהגותיו: *Etiamſi decimarum ſolutio ab hominibus introducta videtur, gentium nempe liberalioribus ad alendos pauperes, qui inter eas ſunt, aut doctores & qui preces fundunt &c. quæ conſuetudo laude digna viris dignitate conſpicuis eſt recepta, cujus pridem meminit Philoſophus lib. 8. Ethic. cap. 9. ubi ait: Sacrificia priſca & conventus factos videri poſt fructuum perceptiones, ut decimæ ſolverentur: nihilominus ſcopus Dei benedicti eſt, ſibi hæc omnia attribuere. Neque tibi aliter licet ea peragere, quàm ſecundum divini mandati tenorem.* Cœterùm an hujus ſubinde fuerint obſervantes Judæi in ſeqq. videbimus.

# Caput II.

## *De Primitiis & Thruma magna, quæ apud Ebræos decimarum ſolutionem antecedere ſolebant.*

§. 1. Ad ſpecialem nunc de Moſaicis Frugum decimis tractationem acceſſuris memorabilis illa occurrit querela, quâ *Vir illuſtris, Joſephus Scaliger diatriben ſuam de decimis*, lege Dei præſcriptis orditur. Invenitur illa in *opuſculis poſthumis à celeberrimo Caſaubono editis p. 55. & ſeq.* Verba ejus ſic habent: *Qui de decimis in lege Dei vel privatim vel obiter ſuis in Moſen commentariis tractârunt, ita rem explicârunt, ut incertiores dimittant lectores. Moſes non unum genus decimarum proponit: ne id quidem ipſi ignorant, ſed quas differentias Moſes inſtituit, ipſi confundunt, quas Moſes non cogitavit, ipſi introducunt.* Talis igitur ſive de confuſione ſive hallucinatione querela ne nobis quoque occinatur, decimas cùm ratione materiæ, tùm ſubjecti, cui ſolvendæ erant, conſiderabimus, & quid ad leges divinas de decimis latas Ebræi commententur, perpendemus.

§. 2. Ita verò Rabbinorum Coryphæus Maimonides caput 1. Hilk. מעשרות auſpicatur: אחר שמפרישין תרומה גדולה מפרישין מן הנשאר וזה נקרא מעשר ראשון: *poſtquam oblationem magnam ſepararunt, de reſiduo decima, quam primam vocant, detrahitur.* Hinc nobis de decimis acturis neceſſitatem quodammodò imponit. R. Moſes vocem תרומה declarandi, & quid facto opus fuerit Iſraelitis, antequam decimas ſolverent, paulò uberiùs recenſendi.

§. 3. Sciendum igitur eſt, primum omnium in publicam teſtificationem, quod annuam fertilitatem pro ſingulari Dei beneficio agnoſcerent, vel, ut *R. Levi Ben Gerſom* in 2. Sam. 23. v. 16. ſcribit, לבקש ברכת הקציר *ut benedictionem meſſis inſtantis impetrarent*, de fructibus matureſcentibus offerendum Ebræis fuiſſe Omer, hoc eſt, חבור שבולים שיבא מהם

מהם עשירית האיפה שהוא מדת העמר: *manipulum spicarum, quæ decimam Epbæ partem vel mensuram OMER redderent*, uti *R. Abarbenel* explicat, qui rectè addit משל צבור *totius cœtus nomine* fuisse offerendum. Etsi verò *Oleaster* de Mensura Omer explicat, *LXX.* tamen *interpretes*, *Philo* & *Rabbini* disertè de manipulo accipiunt adducti loco Deut. 24. v. 19. ubi similem in modum vox עמר accipitur. Hinc *R. Abarbenel* ad Lev. 23. v. 10. העמר הוא כמו ושכחת עומר בשדה *Omer tantundem significat, quantum* (Deut. 24. 19.) *& oblitus fueris in agro Omer. Josephus lib. 3. cap. 10. A. J.* consentit Φρύξαντες, inquiens, τῶν σταχύων τὸ δράγμα καὶ πτίσαντες καὶ καθαρὰς πρὸς ἄλεστων τὰς κριθὰς ποιήσαντες τῷ βωμῷ ἀσσάρωνα προσάγουσι τῷ θεῷ. Gelenio interprete sensus est: *Spicarum manipulum igni torrent, hordeum deinde pinsunt, atque ita in alicæ modum facti assaronem ad aram offerunt*, ubi haud scio an rectè translatum sit verbum πτίσσω per *pinsere*, cùm etiam, ut autor est *Pollux*, idem quandoque significet, ac ἀλεῖν *molere*. Quæ significatio huc magis quadrare videtur ideò, quia subjungitur πρὸς ἀλεστῶν τὰς κριθὰς ποιήσαντες, quæ haud dubiè significant *purgare farinam à furfuribus*, quod iterum Gelenius h. l. non animadvertit.

§. 4. Probant hanc oblationem nonnulli Christiani, quos inter nomen suum profitetur *Sixtinus ab Amama, in commentariolo de decimis*, ex Lev. 2. v. 14. *Si obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino.* Ad quæ verba *R. Beçbai* quoque commentatur: מצאנום בתורה במקום אחר מצוה בפני עצמו וזה יורה שלשון אם לשון ודאי: *Alibi in lege deprehendimus præceptum ipsum, hinc docemur particulam* אם Si *habere significationem ejus, quod est in confesso.* Cœterum *R. Aben Esra* ad l. cit. benè scripsit: רבים אמרו שמלת אם חיוב ולפי דעתי כי אין צורך כי החיוב הוא ראשית בכורים ולה הבכורים והרוצה להביא מנחת מבכורים אם נדבה יביא: *Multi contendunt*, τὸ אם *debitum*



tum

*tum significare, sed hoc meâ sententiâ minimè opus est: Debitum erant primitiæ primarum frugum, sed non ipsæ primæ fruges. Qui enim oblationem fructuum facturus erat de primis frugibus, id de spontaneis faciebat.* De spontaneis primitiis textum loqui, quas alio etiam, quàm Paschatis die offerre licebat Ebræis, minimè de manipulo illo azymorum die offerendo, legem penitiùs perpendenti patebit.

§. 5. Longè rectiùs probatur ex *Lev. 23. v. 10.* quæ verba Vulgatus sic expressit, cum *ingressi fueritis in terram, quam ego do vobis, & messueritis segetem, feretis manipulum spicarum, primitias messis vestræ ad Sacerdotem; qui elevabit Omer coram Domino, ut acceptabile sit vobis, altero die Sabbathi sanctificabit illud.* Ubi præcipitur, ut cum voluerint metere seu ad metendum parata seges fuerit, à spicarum Deo offerendarũ desectione fiat initium, easque coram Deo elevet. Quem ritum hunc in modum describit Rabbi Abarbenel היתה מעלה ומוריד ומוליך ומביא לששת צדדי העולם להראות כי ה׳ הארץ ומלואה; *Elevabat sacrificium & demittebat, huc & illuc agitabat in sex mundi partes ad ostendendum terram Domini esse plenitudinem ejus.* Debebat autem hoc fieri ממחרת השבת *à crastino Sabbati*, quibus vocibus, quid significetur, à Judæis acerrimè disputatur. *Karæi*, quos Judæi reliqui odio plusquam Vatiniano prosequuntur, eò quòd solam Scripturam recipiant, exclusis traditionibus & Talmudistarum placitis ly sabbatum h. l. accipiunt de שבת בראשית *Sabbato creationis*, quod diei Saturni respondet. Cœterum communis est cœterorum Ebræorum sententia, ממחרת השבת denotare *diem secundum Paschatis*, quam explicationem Veteres inde úsque à Mosis ætate ad posteros derivâsse *R. Abarbenel* contendit, & subjungit hæc verba: ממחרת השבת הוא יום ששה עשר בניסן והנה נקרא יום טו׳ שהוא היום הראשון של פסח שבת מפניש חוא היום ששבתה בו המלאכה

המלאכה

המלאכה ׃ מהמועדים ולמה יקשה ׃ עלינו לקרא המועד הבא בדרך שליעות שבת והנה השמטה נקראה כן לזה הטעם בעצמו בשם שבת׃ verbis à crastino die Sabbati *notatur dies XVI. mensis Nisan* (nostro Martio respondentis) *Ecce enim dies XV. qui est dies primus Paschatis vocatur Sabbatum, quia in eo cessant omnia opera: Et cur mirum videatur nobis vocari festum, quod numerum illum septenarium complectitur, Sabbatum, cum annus septimus ipse ob hanc rationem hoc nomine veniat.* Sanè propius à vero abesse videtur *Traditionalium* sententia, quam *Karæorum*, quos nonnulli *Scripturarios* vocant. Nec de nihilo est ratio, quàm urget R. Abarbenel: *Si Sabbatum creationis intelligas, incertum relinqui, quinam ille sit dies?* cùm econtra si Paschatis festum intelligamus, nihil dubii relinquatur. Hanc amplexus est sententiam *Onkelos*, Chaldæus interpres, qui vertit: מבתר יומא טבא *post diem festum* & alter, *Jonathan BenUziel* מבתר יומא טבא קמאה דפסחה *post diem festum primum Paschatis.* Quid, quod Græci etiam in quibusdam exemplaribus legerint ἀπὸ τῆς ἐπαύριον τῆς πρώτης τῶν σαββάτων. Neque dissentit Josephus, l. 3. c. 10. A. Jud. qui præterea testatur ab illo tempore, quò manipulum obtulerant, fas demum fuisse θερίζειν δημόσια καὶ ἴδια *publica & privata demetere*, quod fieri solebat על הרוב בארץ כנען אחרי תקופת של ניסן והוא החדש האביב מעת כניסת השמש בראש מזל טלה בצד צפון׃ *ut plurimum in terra Canaan post æquinoctium vernum, vel mensis Nisan, qui dicitur spicarum, postquam sol in sidus arietis est ingressus in parte Septentrionis*, ut R. Abarbenel commentatur l. cit.

§. 6. Oblatô hunc in modum altero Paschatis die manipulô, 50. diebus pôst, festo nempe Pentecostes, quod Ebræi חג שבועות vocare solent, de פירות הנגמרות hoc est *elaboratis fructibus*, vannato frumento, oleo & musto primitias offerebant, ut sancitum Lev. 23. v. 15. Num. 28. v. 26. Deut. 16. v. 9.

16. v. 9. Atque hæc oblatio Ebræis vocatur תרומה גדולה *Thruma* vel *oblatio magna*, Græcis ἀφαίρεμα μέγα & ἀφορισμὸς μέγας, Chaldæo אפירשותא. Judæis Germanis, eine Abscheidung. Derivat verò R. David Kimchi vocem hanc à רום invitô *Maimonide*, qui ei radicem תרם assignat in *explication. Misnajoth* de Thruma, his usus verbis: עקר כל הלשון מן הלשונות חוזר למה שמדברים בו בעלי אותו הלשון ומה שנשמע מהם ואל ובעלי המשנה בלא ספק עבריים היו במקומן ר"ל בארץ הצבי ונשמע מהם לשון תרם ובו נשתמשו הנה זו ראיה שהוא מקובל בלשון ושזה המלה לשון מלשונות העבריים: sensus est: *Cujuslibet vocis radix aliunde rectius non potest probari, quàm ab illis, qui illam in loquendo adhibent, & à quibus auditur. Cùm verò autores Mischnæ haud dubiè fuerint Ebræi in loco suo, terra nempe decoris* (Dan. XI. v. 41.) & *ii verbum* תרם *usurpaverint: Inde utique probatur, fuisse illud receptum inter reliqua verba, adeoque ex numero vocum Ebraicarum esse.* Verum etsi negare nolumus, Mischnæ autores Ebræos fuisse, arbitramur tamen verbum תרם non ejusdem esse ætatis ac vocem תרומה, quæ à רום descendit, sed sequioribus demum seculis formatum adhiberi cœptum à Doctoribus, cujusmodi exempla plura occurrere apud Ebræos, est in confesso.

§. 7. Quod ipsam oblationem attinet, R. Maimonides l.cit. eam divinitùs mandatam fuisse sic probat: תרומה הנזכרת בכאן היא הנזכרת בתורה באמרו יתברך ראשית דגנך תירושך ויצהרך: *Thruma hujus, qua de jam egimus, fit mentio in lege, quum* benedictus ille ait (Deut. 18. v. 6.) *initium frumenti tui, musti tui & olei tui dabis mihi.* Cum verò ibi in genere duntaxat jubeantur dare primitias, non determinata illarum quantitate, Ebræorum quoque Sapientes illam populo præscripserunt. Sic enim R. Maimonides Hilkoth תרומה cap. 3. § 2. כמה הוא שיעור שנתנו חכמים עין יפה אחד

אחר מארבעים והבינונית אחד מחמשי רעה אחד מששים:
h. e. *quanta est æstimatio illa, quam sapientes tradiderunt? oculus bonus* (liberalis) *unum de quadraginta, medius de quinquaginta unum, malus* (avarus) *unum de sexaginta.* Hujus constitutionis originem ostendit R. Salomo, comment. ad Deut. l.cit. his verbis: סמכו על המקרא שלא לפחות מאחד מששים שנאמר ששיתם את האיפה מחומר החטים ששית האיפ' חצי סאה כשאתה נותן חצי סאה לכור הרי אחת מששים שהכור שלשים סאין: *Nituntur scripturæ loco, quò vetatur, ne minus sexaginta detur, quia dictum est* (Ezech 45. v. 13.) *Et sextabitis Epha de Chomer triticorum. Sexta pars Epha dimidium est satum. Quum posueris dimidium satum in Coro, ecce unum de sexaginta, quia corus triginta sata complectitur.*

§. 8 Didicit hoc jam olim ex Præceptore suo Judæo S Hieronymus, velut ex verbis ipsius videre est, quæ leguntur comment. ad Ezech. l. cit. Ea sic habent: *Primitiæ de frugibus non erant speciali numero definitæ, sed offerentium arbitrio relictæ, traditionemq; accepimus Ebræorum, non lege præceptam, sed magistrorum arbitrio inolitam, qui plurimum, quadragesimam partem dabat sacerdotibus, qui minimum, sexagesimam inter 40. & 60. licebat offerre quodcunque voluissent.* Hujus Patris vestigia legunt recentiores interpretes, quibus annumerandus est *Cornelius à Lapide, quæres*, inquiens, *de quibus primitiis hic agatur? R. David censet, hic taxari, quæ in communi templi dedicatione offerenda erant. Maldonatus putat hîc taxari sacrificia Principum, sed sacrificia non sunt primitiæ & illa taxantur cap. seq. Meliùs ergò S. Hieron. cum Ebræis propriè primitias frugum v. c. tritici, hordei &c. Deo sacerdotibus offerendas hîc taxari autumat, ne aut Sacerdotum avaritia plus exigeret, aut laicorum minùs daret, quàm par erat.*

§. 9. Cœterùm veritati magis consentanea est R. Abarbenelis sententia, loc. cit. agi non de Therumah sacerdoti debita,

C sed

ſed ea, quæ ſeculari principi ſolvi debeat ab Iſraelitis. Probat id Abarbenel hunc in modum: ראוי שתדע שהתרומה הזאת שיתנו לנשיא איננה תרומה שחייבה התורה לתת הכהנים כי היא היתה בלבד מהתבואת גורן ומתבואת יקב לא היו מרימין מהצאן אבל התרומה הזאת היתה מיוחדת למלך כדי שיפרנס ממנה לפי כבודו: *Scire licet, oblationem hanc, quam daturi ſint principi, non eſſe eam oblationem, quam ſacerdotibus ſolvi lex præcepit, quippe quæ tantùm erat de area & torcularis proventu. Neque enim de pecude exhibebantur therumoth. Hæc igitur oblatio fuit aſſignata Regi, ut pro ſuæ dignitatis ratione ſuſtentari poſſet.* Quæ cum ita ſint, videri queat, eos ad modum illius oblationis, quæ hic præcipitur politicæ, ſacram & in ſcripturis non definitam determinâſſe, quæ tamen pro religionis & pietâtis ratione apud Judæos nova ſumebat incrementa. Quidam enim τὰς ἀπαρχὰς ἐδίδουν τεσσαρακοντάδας, ut *Epiphanius* teſtatur.

§. 10. In hiſce talibus Ebræos Doctores ingenii & eruditionis fiduciâ ſibi ſæpiùs plurimum indulſiſſe, ex monumentis illorum conſtat. De primitiis ſingulis annis ſolvendis lex ſolis radiis eſt perſcripta Deut. XIIX, 4. *Primitias frumenti, olei & muſti tui, & primitias tonſuræ tuæ ei dabis.* His verbis in ſpecie & determinatè Deus præſcribit, de quibusnam rebus primitias dari velit. Illi verò ſacerdotum commoda uti in immenſum adaugere ſtudebant, ita mandatum illud de dandis primitiis ad plura extendendum duxerunt formatâ regulâ univerſali: כל אוכל אדם הנשמר שגדוליו מן הארץ חייב בתרומה: *Omnis cibus hominis, qui aſſervatur, & cujus incrementum eſt ex terra, obnoxius eſt oblationi.* Interroganti, ecqua tandem ratione id probare velint Magiſtri, reſpondet *R. Maimonides cap. 2. de Oblatione magna* מצות עשה להפריש ממנו ראשית הכהן שנ׳ ראשית דגנך תירושך ויצהרך תתן לו מה דגן תירוש ויצהר מאכל בני אדם וגדולין מן

מן הארץ ויש לו בעלים שנא׳ דגנך אף כל כיוצא בהן יתחייב בתרומות hoc eſt: *Præceptum eſt affirmativum, ut primitias ſolvant de eo* (omni cibo) *quia dictum eſt* (Deut. XIIX, 4.) *primitias frumenti tui, muſti tui & olei tui mihi dabis. Ecquid eſt frumentum, muſtum & oleum? cibus hominis, qui ex terra creſcit, & qui dominum habet, quia dicitur frumentum tuum. E. & his ſimilia ſunt oblationi obnoxia.* Hic modus colligendi eſt unus ex tredecim illis, quibus legem explicare ſolent Judæi. Sed quiś tam hebes eſt, qui non perſpiciat, præter mentem Legislatoris eſſe hanc ſententiam? Ejusmodi planè ſunt complura, quæ fusè à R. Maimonide tradita peculiari tractatu de Oblatione hic recenſere nolumus, Decimas Moſaicas conſideraturi. Et quandoquidem, ut *Abarbenel* benè monet, לא היתה הוצאתו בכל השנים באופן אחד *earum ſolutio non erat ſingulis annis uniusmodi*, operæ pretium facturi videmur, ſi ordine ſingulas contemplemur.

## CAPUT III.

## *De Decima Prima.*

§. 1. Delibatis ita de fructuum univerſitate, & *Sacerdotibus* traditis primitiis, de reſiduo decimas ſolvere tenebatur colonus, cui, ne ad fraudationem callidum gereret ingenium, pœnæ atrocitatem ob oculos ponebant veteres, quæ fraudulentum decimatorem maneret. Hinc illud *Maimonidis c. 1. §. 5. de Decimis:* האוכל פירותיו טבלין חייב מיתה לשמים: *qui fructus ſuos comedit necdum decimatos, is divinitùs infligendæ morti eſt obnoxius. In Jalkut fol. 279. col. 1.* האוכל פירותיו טבלין כאוכל נבלות וטרפות *qui non decimatos fructus ſuos comedit, perinde eſt, ac ſi morticina & diſcerpta comederet.*

§. 2. Cùm verò materia decimanda duplex fuerit in V. T. *Pecudis* & *fructuum*. De illa quoque hic paucis agere viſum eſt.

Extat lex Lev. 27. v. 32. cujus verba ſic habent: *omnis decima* בקר וצאן bovis & pecoris, *quod tranſit ſub virga, decimum erit ſanctitas Domino.* Ritum hunc decimandi hunc in modum deſcribit *R. Salomo:* כשבא לעשרן מוציאין בפתח זה אחר זה והעשירי מכה בשבט צבועה בסיקרא להיות נכר שהוא מעשר כן עושה לטלאים ועגלים של כל שנה ושנה: *Cum ad decimandum accedit, ordine aliud poſt aliud oſtiô emittunt, & decimum virgâ rubeo colore tincta percutiunt, ut ſic dignoſci decimum queat. Hunc in modum agnos & vitulos notare ſolent ſingulis annis.* Diſputant autem ad dictam legem interpretes, utrum Ebræi decimas tantùm de *bobus, capris & ovibus*, an verò etiam de *camelis, equis, aſinis* dederint? Poſterius affirmat *Abulenſis*, ad l. cit. & *Menochio* judice, *lib. 2 de Rep. Ebr. cap. 4.* (qui conqueritur, rem eſſe obſcuram neque ſatis ex ſacris conſtare) *Toſtati* aſſerto favet, quod, ſi ex Camelis, aſinis & equis decimas non ſolviſſent Ebræi, horum animalium armenta in decimarum fraudem augeri potuiſſent, neglectis ovibus aut bobus, ex quibus tàm frequentes decimæ erant ſeparandæ. Cœterùm nec obſcuram rem hanc eſſe arbitramur, nec incommodum ex decima ſola illa boum oviumque ullam metuimus. Sanè vox צאן, quam legislator uſurpat, quibusvis promiſcuè animalibus minimè competit, ſed ex uſu ſcripturæ eſt *nomen collectivum comprehendens oves & capras, harumq; gregem ſeu multitudinem*, uti *Schindlerus* explicat in Lex. Pentaglotto, qui præeuntem ſequutus eſt *Kimchium* in libro Radicum ſic ſcribentem: הבהמה: הדקה הכבשים והעזים יקראו צאן פעמים כולל כלם כמו ואם מן הצאן קרבנו ופעמים פורט על אחד מהם ולו צאן שלשת אלפים ואלף עזים רוצה לומר הכבשים: *Hoc nomine pecus minutum, cujusmodi ſunt oves, capræ, venire ſolet, quandoque omnia ſimul complectitur, ut* (Lev. 1. v. 10. *ſi de pecore oblatio ejus.*) *Interdum vero de altero duntaxat accipitur. Ex. gr.* (1. Sam. 25 v. 2.) *& ei pecora ter mille*

*mille & mille capræ, q. d. ter mille oves.* Veram hanc esse explicationem deprehendisset Jesuita, si locum Exod. 9. v. 3. consuluisset, ibi enim τὸ צאן apertè contradistinguitur τῷ מקנה quæ vox ibi *Camelos, equos & asinos* significat. Apud Arabes adhuc specialioris est significati ضَائِنٌ, quod idem ac צאן Ebræorum, significat *pecus lanigerum*, & opponitur τῷ مَاعِزٌ *pecori piloso.* Iisdem verbum est in quarta conjugatione أَضْأَنَ *ovibus abundavit.* LXX. reddiderunt προβάτων, quæ vox etsi πολλάκις ἐπὶ πάντων βοσκημάτων εἴρηται, uti loquitur auctor *Etymolog. magni*, hic tamen in specie *oves* eos intellexisse, non πάντα τὰ τετράποδα, exinde constat, quia aliam speciem animalium, nempe βόων præmisit.

§ 3. Quemadmodum verba legis satis clara sunt, ita neque Ebræi aliter quàm uti dictum, ea intellexerunt. *R. Abarbenel* ait ad l. cit. מעשר בהמה נאכל לבעלים בירושלים ואינו נוהג אלא בבקר ובצאן בלבד הראוים לקרבן: *Decimam pecudis solventes comedunt Hierosolymis, neq; moris erat, ut decimæ solverentur, nisi de bobus & pecude, quæ sola ad sacrificandum sunt idonea.* Cui paria docet *R. Bechai fol. 122. col. 3.* אנו לומדין מעשר בהמה מקרבן: *nos ex sacrificiorum natura discimus, quænam animalia obnoxia fuerint decimationi.* Et iterum: אין חיוב מעשר בבהמה בבהמות שלקח או שנשתתף עמהן אלא בבהמות הנולדות בעדרו ואם לקח טלאי בשוק פטור מלעשור: *decimam de pecude, quam sibi acquisiverat aut secum habebat, nemo tenebatur solvere, sed de eo, quod in suo grege progignebatur. Quin & agni, quos in foro emit, ab onere decimandi erant immunes.* Observandum autem est, cum decima hæc animalium sancta fuerit, non *Levitarum*, sed *Domini*, eam non esse hujus loci, neque ad *primam* decimam referendam. Unde ejus obiter tantum hic factam esse mentionem, putandum, &, ut Ebræi dicunt, אגב גררא

§. 4.

§. 4 Impræſentiarum enim nobis de decima prima ſermo eſt, quæ Levitis juſſu divino dabatur, quod *Maimonides* teſtatur his verbis: אחר שמפרישין תרומה גדולה מפריש אחד מעשרה מן הנשאר וזהו הנקרא מעשר ראשון; ובו נאמר כי את מעשר בני ישראל אשר ירימו לה׳ וגו׳ והמעשר הזה ללוים זכרים ונקבות שנ׳ ולבני לוי נתתי את כל מעשר בני ישראל לנחלה; *Poſtquam oblationem magnam ſeparârunt, una de decem reſiduis partibus ſeparatur, quæ vocatur decima prima. Et de hac loquitur textus* (Num. XIIX, 21.) *quia decimam filiorum Iſrael, quam elevabunt Domino &c. & hæc decima dabatur Levitis maſculis æquè ac fœmellis, quia dictum eſt*(l.cit.)*filiis Levi dedi decimas in poſſeſſionem.* Atque hæc nullam habent difficultatem. Illud verò eſt, ſuper quo hodienum ſumma decertant ingenia: ecquinam fructus decimati fuerint, & an Ebræos ad viliſſimorum quorumvis olerum hortenſium decimationem Lex ipſa obligaverit Moſaica. Qui affirmativam propugnant ſententiam, nituntur lege divinâ, Lev. XXVII, 30 quæ in fonte ſic ſonat: כל מעשר הארץ מזרע הארץ מפרי העץ לה׳ הוא קדש ליהוה; *Omnis decima terræ de ſemine terræ, de ſemine ligni Domini eſt & illi ſanctificatur.* Vide librum *Jalkut, praſcha* בחקותי *fol. 200. col. 3.* & *Chaskuni* ad l. cit. ubi פרי העץ notare contendunt, non *vitis* duntaxat & *oleæ*, ſed etiam פירות האילן *quarumvis arborum fructus* & פרי הארץ *olera*, v. c. שיש השיחלים והגרגרים Hos ſequuntur ex Chriſtianis, qui univerſales decimas ex omnibus terrâ naſcentibus dandas fuiſſe volunt, *Alphonſus Toſtatus, ad h. l. Sebaſtianus Barradius, Jeſuita, tom. 3. lib. 8. cap. 22 Concord. Evangel. Johannes Stephanus Menochius de R. Ebr. lib. 2. cap. 4.* qui in eandem ſententiam citat *Joh. Toletum in c. 11. Luc. Jacob. Bonfrer. ad Lev. 27. B. D. Gerhardus, comment. in Deut. pag. 897. & 765. Dn. D. Auguſtus Varenius l. cit. pag. 35.* quos ut legis τῷ ῥητῷ ita inhæreant, movet & Salvatoris quoque noſtri ſermo

mo

mo Matth. XXIII,23. Postquam enim is Pharisæos reprehendisset, quod opera illa, in quibus propriè & maximè pietas sita erat, cujusmodi sunt *misericordia, justitia & fides*, negligerent, saltim segniùs ederent, minutiora verò, qualia sunt *decimatio anethi, cumini*, & ut *Lucas* refert, *omnium olerum*, sollicitè & magna ἀκριβείᾳ observarent; subjungit: ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι. unde liquere arbitrantur vel ipsius Christi judiciò decimationem minutorum tanquam divinitùs mandatam non omittendam fuisse. In hanc opinionem *Cl. Amama* quoque concessit. *De loco*, inquiens, *isto Matth. 23. & Luc. 11. & universo hoc negotio sic sentio cum lege tamen resiliendi, si quis meliora. Ad minimorum istorum præstationem ex lege ipsos fuisse obligatos, eam tamen progressu temporis Judaicæ genti incubuisse cæcitatem & affectæ pietatis studium, ut, cùm minimè fuerit, ipsi tamen Pharisæi Christi ævo pro supererogatoriis habuerint.*

§. 5. Cœterùm non desunt, qui aliter sentiant. *R. Abarbenel fol. 360. com. in Leg.* cum frumenti, olei & musti fecisset mentionem, hæc subjungit verba: הם שלשה דברים שיתיב אדם להוציא מהם מעשר: *hæc tria sunt, de quibus homo decimas dare tenetur*, & *R. Gerundensis fol. 397. col. 2.* ait; אין הכונה בכל תבואות זרעך שיעשר התבואה מכל אשר זרע ולא כל היוצא מן השדה שנה שנה אבל טעם הכתוב שיעשר במינים המחויבים במעשר כל תבואתו: *verbis* (Deut. XIV,22.) *non præcipitur, ut decimam det de quovis proventu illius, quod serit, & singulis annis nascitur, sed sensus est, ut de illis speciebus, quæ obnoxiæ sunt decimationi, decimam persolvat*, ac paulo post de oleo, musto & frumento locutus perinde ac Abarbenel ait: אלו בלבד הם חייבים בתרומה ומעשרות מן התורה: *De his tantùm oblationem & decimam solvere tenentur ex lege.* *Rabbi* quoque *Salomo*, qui veterum placitorum præ cœteris Ebræis est tenacior, verba Lev. 27. *de semine terræ* accipit tantùm de דגן *frumento*: verba verò *fructu ligni* denotare ait תירוש ויצהר *mustum & oleum*. § 6

§. 6. In Talmud quidem, Massechet מעשרות cap. I. ab initio hæc leguntur verba: כלל אמרו במעשרות כל שהוא אוכל ונשמר וגדוליו מן הארץ חייב במעשרות: *De Decimis hoc generale dederunt axioma: omne esculentium*(hominis) *quod custoditur & ex terra capit incrementa, decimis est obnoxium.* Cœterum quomodo hoc intellectum velint Ebræi, patescit ex *R. Maimonide, qui cap.2. de Decimis §.6.* sic scribit: הירקות אף על פי שהן מאכל אדם אינן חייבין במעשרות אלא מדבריהן לפי שנאמר במעשר תבואת זרעך תבואה וכיוצא בה אבל הירקות אינן בכלל התבואה: *Quamvis olera sint cibus hominis, tamen illa decimationi non sunt obnoxia, nisi ex illorum*(sapientum) *decreto, quia dictum est* (Deut.14.v.22.) *de decima proventus seminis tui. Ubi id quod proventus nomine venit, & huic simile intelligendum est, sed olera sub hoc non intelliguntur.* Ut eò meliùs hæc intelligantur, quæ idem Maimonides, Hilkot כלאים cap. 1. § 8. habet, huc adscribenda ducimus. Sic verò ille: הזרעונין נחלקין לשלשה חלקים האחד מהם הוא הנקרא תבואה והיא המשת מינים החטים והכוסמין והשעורין ושבולי שועל והשיפון והשני מהן הנקרא קטנית והן כל זרעים הנאכל לאדם חוץ מן תבואה כגון הפול והאפונים והערשים והרוחן והאורז והשומשמין והפרגין והספיר וכיוצא בהן והשלישי מהן הוא הנקרא זרעוני גינה והן שאר זרעונין שאינן ראוין למאכל אדם והפרי של אותו הזרע מאכל אדם כגון זרע הבצלים והשומין וזרע החציר והקצח וזרע לפת וכיוצא בהן: hoc est: *Semina sunt triplicia. Primò proventus, quô continentur quinque species, triticum, spelta, bordeum, spica vulpis, sive avena & secale. Secundò legumina, omnia nempe semina, quæ esui sunt homini præter proventum ex.gr. faba, pisa, miliū, oryza, sesamum, papaveris capita, cicer minutum. Tertio semina hortensia, cujusmodi sunt ceparum, allii, porri, nigellæ rapæ & his similia.* Ex quibus patescit

Ebræos

Ebræos restringere decimas in lege Dei præceptas ad numerum ternarium, *olei, musti* & *frumenti*, cujus ultimi quinque enumerant species, de leguminibus verò & seminibus non tàm ex præscripto legis divinæ quàm Doctorum decreto decimas olim fuisse solutas, contendere. Ex Christianis quoque doctissimi viri his assentiuntur. Præter *Nicolaum Lyranum* & *Salmeronem*, sic docent *Beza, notis ad Matth. 23. J. Piscator ad l. c. J. Drusius Præterit. ad l. cit. C. Jansenius Concord. Evang. cap. 84. Isaacus Casaubonus Exercit. Sac. 1. in Annales Baronii, num. 9.*

§. 7. Maximè verò hîc audire meretur Vir, quô secundum *Cl. Samuelis Petiti* elogium, *lib. 7. c. 8. Miscell. majorem Sol non vidit, orbis non habet, Hugo Grotius.* Is *annotat. in c. 23. Matth. v. 4.* sic loquitur: *Cum munus boni Jureconsulti sit, quicquid onerosum est, sublevare benignâ interpretatione, contrà Ebræorum Jureconsulti τὰ θετικὰ, quæ Deus non imperaverat προηγουμένως, sed ob alias res urgebant rigidè & quàm latissimè extendebant, neque admittebant probabiles exceptiones. Exemplo sit lex de decimis, quæ Deut. XIV. 22. sic habet:* עשר תעשר את כל תבואת זרעך היוצא השדה שנה שנה: *quam vertunt LXX.* δεκάτην ἀποδεκατώσεις παντὸς γενήματος τοῦ σπέρματός σου, τὸ γένημα τοῦ ἀγροῦ σου, ἐνιαυτὸν κατ' ἐνιαυτόν. *Hic benignior interpres primum se verteret ad* τὴν διάνοιαν, *ac diceret Dei optimi maximi hanc fuisse voluntatem, ut Levitis satis prospectum esset de rebus necessariis: non autem ut hominum animos anxia nimium religione obstringeret. Proinde credibile sibi non videri, olerum minutias istâ lege comprehendi, quarum decimæ Levitis non multum adferre poterant emolumenti, & si pendendæ essent, magno Israelitas afficerent incommodo ob æstimationis incertum, & quia pauperes maximè ea res tangebat. Adferret etiam firmandæ interpretationi suæ argumentum ex Lev. XXVII. v. 30. ubi decima danda dicitur* מזרע הארץ מפרי העץ: quod LXX. transferunt ἀπὸ τοῦ σπέρματος τῆς γῆς καὶ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ξυλίνου. *Et ex eo, quod in Deut. sequitur, dandam esse sc.*

*Decimam frumenti, vini & olei. Nam ut maximè exempla rem non restringerent, ostendi tamen per illa, de quo proventuum genere autor sensisset. His adjungeret à pari argumentum: nam & in animalium genere non omnia ἀποδεκατοῦσθαι, sed ea demum, quæ pastorali pedo regerentur. Quod si verborum apices urgeret adversarius, & jam illos talis interpres diceret sibi non adversari. Nam olera vix dici posse* תבואה *quomodo Romani Jureconsulti olera tradiderunt in usu magis esse, quàm fructu. Deinde* שדה *plerumque agrum esse, non hortum. At νομικοὶ & eorum sectatores Pharisæi Levitarum utilitatibus contumaciter aderant, quasi in illis tota res versaretur. Contendebant igitur nihil excipiendum, ubi lex nihil expreßè exciperet, posse & proventum & agri vocem latiùs accipi & optimam esse rationem, quæ pro religione faceret.* Qui ita mentem legislatoris certis indiciis comprehendisse sibi videntur, & τὴν διάνοιαν τοῦ ῥητοῦ præferendam arbitrantur, illi Salvatoris nostri verba Matth. 23. Luc. 11. nequaquam sibi adversari credunt, quippe qui saltim doceat, consuetudini receptæ, si citra superstitiosam ambitionem & opinionem meriti observaretur, nihil se velle derogatum, dummodò potiora præcepta non haberent neglectui. In quam sententiam *Grotius* l. cit. scribit: *Christus*, inquiens, *admirabili in his atque aliis bujuscemodi quæstionibus ita temperamento interpretum rigorem notat, ut tamen nemini sit autor à receptis sententiis discedendi, ubi paci ac ordini sine gravi jactura consuli potest.*

§. 8. Atque ita pro gemina legis Mosaicæ interpretatione utrinque à doctissimis viris disputari solet. Quod verò attinet Legem *Lev. 27. v. 30.* arbitramur, minimè evidens esse, eam de quibusvis fructibus loqui, videturque *Vulgatus* multis imposuisse, qui vertit: *Omnes decimæ terræ, sive de frugibus sive de pomis arborum Domini sunt.* In textu originali dicitur מפרי העץ de *fructu ligni*, sive (utrumque enim significat τὸ עץ) *arboris*. Priori modò LXX. acceperunt. Et ut supra §. 5.

audi-

audivimus, *R. Salomo fructum terræ* de *frumento*; & *fructum ligni* de *musto* & *oleo* accipit. Cui se ferè assentiri p. 56. trifol. sacr. affirmat *Dn. D. Varenius*, subdubitans, an hôc loco numerus ternarius discutiatur, aut plus illô evinci queat. *Rabbi Gerundensis* l. cit. porrò sic commentatur. איננו מקום המצוה לחיוב שיעשר אבל הוא מצות המעשר קדש לה׳ עד שיפדה בתוספת חמש: *Non est hic propria legis de decima solvenda sedes. Præcipitur enim duntaxat, ut decima tantisper Domino sancta sit, donec, quintâ adhuc additâ parte, pretio redimatur.*

§. 9. Est tamen alius locus, quem urget cum *Sixtino Amama Dn. D. Varenius* ad probandum, præter tria illa alia adhuc decimanda fuisse. Nempe cum Hiskias 2. Paralip. 31 mandâsset populo, ut Levitis & Sacerdotibus debitam partem largirentur, qui in docenda lege & aliis sacris operibus occupati manibus alimentum acquirere nequibant, sequitur v. 5. Et *multiplicârunt filii Israel primitias frumenti, & olei, & mellis, & omnis proventus agri, & decimam omnium in multitudinem adduxerunt.* Ubi præter species memoratas etiam דבש attulisse dicuntur. Quam vocem postquam *Kimchi* per תמרים *dactylos palmarum* exposuisset, subjungit: לא יתכן לפרש דבש ממש כי אין מביאים בכורים מהדבש וכן פירשו רבותינו ז״ל: *De melle non debet accipi, quia de eo non dederunt primitias. Atque hæc Doctorum nostrorum l. m. est sententia.*

§. 10. Cœterùm *mel* ibi denotari, non video, cur quisquam dubitet, cum in sacris aliàs id significet, LXX. h. l. ita transtulerint, & novæ acceptionis neque Kimchi, neque Talmudistæ attulerint fundamentum. Quidquid verò sit de significato דבש, an *mel* denotet, an verò *dactylos palmarum*, id Cll. Viris, *Sixtino Amama* & *A. Varenio* jam perinde est, arbitrantibus, utrovis modo eam vocem interpreteris, sufficere locum ad discutiendum illum numerum ternarium, *olei*, *musti* & *frumenti*, adeoque probare, tria illa nequaquam ex-

haurire omnes species תבואה *Proventûs.* Fatendum sanè est, etsi *Schindlerus* quoque *agri* tantùm & *vineæ* fructibus תבואה tribuit, latiùs tamen ut accipiatur, suadere locum Lev 19. v. 25. ubi arboris quoque fructus proventus nomine venit. Ecquid vetat, quò minùs olera quoque תבואה vocentur? *R. David Kimchi* in libro Radicum eam latiùs extendit, quam *Maimonides*, dum sic loquitur: שם כלל לכל פרי מאכל ונקרא תבואה לפי שהוא משנה הבאה כי משנה שעבר יקרא עבור: *Est nomen generale, quod omnibus fructibus competit esui aptis. Vocantur autem ita, quia proveniunt & introducuntur præsenti anno, qui enim præteritô anno collecti sunt, dici solent* עבור. Atque ita *Gerundensem* vocem istam accepisse, ex verbis ipsius § 5. adductis liquido apparet. Quin ipsi Talmudistæ, *Massechet Nedarin cap.* 7. affirmant, 2. Paralip. 31. v. 5. *positum fuisse* תבואה לחוד ותבואת שדה לחוד; *proventum seorsim & proventum agri seorsim.* Sed an hæc lata vocis תבואה acceptio pro decimatione illa, quam Amama intendit, quicquam faciat, forsan etiamnum queat dubitari, cùm in textu per תבואת שדה restringatur.

§. 11. Deinde, etsi in V. T. cùm adhuc Prophetarum aliorumque piorum virorum adhortationibus intra pietatis & æquitatis cancellos contineretur populus Judaicus, Ebræorum praxis optimus legum interpres fuerit, & ubi illa præit, in interpretandis legibus divinis nemo facilè dubitare debeat de genuino verborum sensu: scrupulus tamen hic suboriri queat, an omnia, quæ ibi obtulisse dicuntur Israelitæ, ex legis præscripto fuerint data. Recolendum enim est, quod R. Salomo ad l. cit. monet: לא היו זריזין להפריש תרומות ומעשרות עמד חזקיה ותקן שיביאו אותם בית השם וכריב וכפרוץ הדבר שנתחזקה וגברה תקנתו של חזקיה: *Cum ad solvendas oblationes & decimas non excitarentur antea, Hiskias mandavit, ut eas in domum Dei afferrent. Hinc sequitur*

*quitur in textu : & cum res cresceret ; quo ipso innuitur, Hiskia Regis decretum fuisse efficax,* vel movisse populum ut Sacerdotum inopiam liberali manu sublevarent, & secundum glossam Talmudicam לאיתויי פירות וירק הרבו בו בני ישראל ליתן מהן מעשר דמראורייתא לא מחייב במעשר; *Afferendo fructus arborum & olera multiplicarent filii Israël, dando decimas de iis, quæ alioquin per legem libera erant à decimis.* Confer R. D. Kimchium ad l. c. Videtur omninò instinctu regio eos incessisse peculiaris religio & devotio, quâ factum, ut plus solitô tùm attulerint.

§. 12. Semel atque iterum, ubi in lege sacramentio fit decimarum, trium tantùm meminit Moses, *frumenti, olei* & *musti.* Deut XII, 17. & XIV, 23. Quô ipso satis patescit, de quo proventuum genere idem sit locutus v. 22. cum poscit, ut *quotannis* dent de *proventu seminis,* היוצא השדה *qui in agro nascitur.* Nempe תבואת גורן vel *proventus areæ* intelligitur, uti Num. 18. v. 30 appellatur. Judæi verò perinde ac si ad Dei gloriam, & Levitici ordinis dignitatem & veram pietatem multum referret, ad fructus etiam illos, qui in agro non erant, extenderunt. Hinc Maimonides cap. 14. de Decimis §. 14. ait : תאנה העומדת בחצר אוכל ממנה אחת אחת פטור ואם צלף חייב במעשר: *Ficus, in atrio plantata est libera, si fructus singulatim decerpas & comedas, Sin vero colligas eos simul, obnoxii sunt & illi decimationi.* Et cap. 1. de Decimis §. 9. hæc leguntur : אילן שנטעו בתוך הבית פטור ממעשרות שנאמר עשר תעשר את כל תבואת זרעך היוצא השדה ויראה לו שהוא חייב במעשרות מדבריהם שהרי תאנה העומדת בחצר חייב לעשר פירותיהן אם אספן כאחת: *Arbor in domo plantata à decimatione est immunis, quia dictum est* (Deut. 14.) *decimando decimabis omnem proventum seminis tui, qui ex agro nascitur. Sed mihi videtur illa ex consensu illorum* (*Doctorum*) *obnoxia esse decimis. Ficus enim in atrio stans de-*

*fructibus dat decimas, si simul colligantur.* Licet verè R. Abrahamus animadvers. in Maimonid. contendat, quod חצר שנטעה או שנזרעה הינו שדה: *atrium sive plantatum sive consitum sit, nomine agri veniat*, rectè tamen á marginalium notarum autore ad Maimonidem hoc negatur, cum Scriptura l. cit. per agrum intelligat נעדרת *sarritum* sive שדה מזורעת *agrum consitum*, ut Kimchi loquitur in Libro Radicum. Adeoque decimationem illam ficuum & similium propriâ autoritate introduxerunt Ebræorum Doctores, quos propter παραδόσεις Salvator noster sæpè perstringit, uti ex N. T. cognoscimus Christiani.

## CAPUT IV.

## *De Decima Decimæ.*

§. 1. Quia Levitis in herciscunda terra Cananæa nulla prorsus fuit assignata portio, uti reliquis tribubus, ideò Deus de mediis ad vitam necessariis eis prospiciens ordinavit, ut de annuo proventu decimas solverent Israelitæ, veluti his verbis ex *Numer. 18. v. 21.* patescit. *Filiis autem Levi dedi omnes decimas in possessionem pro ministerio, quo serviunt mihi in tabernaculo fœderis.* Cœterum his decimis vesci solis Levitis minime licuit, sed hi iterum Sacerdotibus tenebantur solvere decimas. Ceu liquet ex v. 26. I. cap. Num. Quæ verba cum more suo optimè explicet *R. Abarbenel*, cum hic audiamus: והוא שנתן ללוים כל מעשר בישראל והוא מעשר ראשון שניתן להם חלף עבודתם גב וגם במקום הנחלה שהיה להם לנחול הארץ כי ערי המקלט שנתנו להם היו לצורך ישראל לנוס שמה כל רוצח בשגגה ובהיות מעשר ראשון ללוים במקום נחלתם לכן חייב אותם שהם ירימו ממנו תרומה לה' והוא שיתנו מעשר מן המעשר ההוא לכהנים ונקרא תרומת מעשר ונחשב לכם הלוים ר"ל שיחשב ללוים התרומה הזאת אשר יתנו

יתנו לכהן מן המעשר שקבלו מישראל כתרומת נותן
רלוי כמו שיתן לישראל התרומה הגדולה שירומו מן
הגורן ומן היקב כי תרומת המעשר חובה על הלוי
כתרומה גדולה לישראל מן הגורן ומן היקב: *Dum Levitis omnem decimam dedisse Dominus dicitur, intelligendum id est de prima decima, quam partim mercedis vice, partim loco hereditatis in terra Canaan obtinenda acceperunt. Urbibus enim refugii, quæ itidem eis assignata erant, Israelitæ opus habebant, ut eò confugeret, qui ex ignorantia homicidium perpetrâsset, & quia hereditatis loco erat data decima prima Levitis: ideo oportebat eos oblationem quoque facere Domino, quod est nihil aliud, quàm de decima decimam solvere sacerdotibus. Vocatur oblatio decimæ. Quando verò in textu dicitur* (v. 26.) & reputabitur vobis; sc. Levitis, *vult dicere: Oblationem hanc, quam daturi sint Sacerdotibus de decima ab Israelitis soluta, Levitis perinde æstumatum iri, ac oblationem areæ. Hoc est: Uti Israelita tenetur oblationem magnam dare de area & torculari, ita incumbit Levitæ dare oblationem decimæ.* Vocatur hæc decima מעשר מן המעשר, *decima de decima*, ex Num. 18. 26. non מעשר שני *secunda decima*, uti magnus quidam vir docet. Quippe quâ nomenclatura constanter appellant Ebræi *decimam*, ex qua epulæ parabantur Hierosolymis ab ipso colono, uti mox audiemus. Rabbini vocant תרומת מעשר *oblationem decimæ.* De hac loquitur *R. Maimonides cap. 8. Hilk.* מעשר § 1. הפירות שתורם מהן תרומה גדולה
ותרומת מעשר הן נקראין חולין ואם הפריש מהן שאר
מעשרות הן נקראין חולין מתוקנין בכל מקום:
*Fructus, de quibus oblatio magna & oblatio decima est ablata, vocantur* חולין *profani. Quod si verò & reliquæ decimæ inde datæ fuerint, vocari solent* Profana [illegible], *vel usibus profanis præparata.* Hac decimâ solis sacerdotibus eorumque domesticis frui licebat. Uti R. Maimonides iterum docet cap: 6. l. cit.
תרומה ותרומת מעשר נאכלת לכהנים בין גדולין בין
קטנין

קטנין בין זכרים בין נקבות הם ועבדיהם הכנענים ובהמתיהם שנא וכהן כי יקנה נפש קנין כספו וגו׳: *Oblationem magnam & oblationem decimæ comedunt sacerdotes, sive magni sive parvi, sive masculi sint sive fœmellæ, & servi illorum, quantumvis Cananæi quin & jumentum illorum. Quia dictum est* (Lev. 22. v. 11.) *Et sacerdos cùm acquisierit animam acquisitione argenti sui, comedet ipse ex ea & vernaculus ejus &c.*

# CAPUT V.

## De Decima Secunda.

§. 1. Postquam colonus Levitis primam decimam persolvit, de reliquo acervo adhuc aliam separare tenebatur decimam, uti Ebræi magno consensu docent ad verba Deut. XIV, 22. *Decimando decimabis omnem proventum seminis tui, qui nascitur in agro per annos singulos, & comedes in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit &c.* Sic enim R. *Abarbenel* commentatur: מלבד אותו המעשר ראשון שנתן ללוים יפרישו עוד מעשר שני אינו ללוים אבל הוא נאכל לבעלים עצמם בירושלים: *Præter decimam primam Levitis exhibitam, aliam adhuc decimam nempe secundam separent, quæ tamen in usum Levitarum minimè cedit, sed ab ipso colono Hierosolymis absumitur.* Neque abludit R. *Bechai* ad l. cit. על דרך הפשט אחר שהוצאת מעשר ראשון ללוי ותאשר מעשר שני לעצמך ותעלה ותאכלנו בירושלים למען תלמוד ליראה כי תמצא שם הכהנים והלוים מורי התורה וילמדו אותך העבודה והיראה: *Sensus literalis est: postquam primam decimam eduxisti, secundam decimam tibi ipsi separabis, quam Hierosolymis comedes, ut discas timere, quia ibi Sacerdotes Levitasque invenies, legem docentes, qui verum cultum & timorem Dei te quoque edocebunt.*

§. 2. Cum verò שני מונעים *duo impedimenta* remorari eum possent, 1. *viæ longinquitas*, 2. *decimæ magnitudo*, quam sine

ſine maximis impenſis eò deportare nequibat, viſum eſt legislatori huic quoque difficultati occurrere. Præcepit igitur, ut tunc adæraret decimas, & pecuniam inde redactam vino & aliisque rebus Hieroſolymis emendis inſumeret. Huc referri debet lex Lev. XXVII, 31. *Si quis voluerit redimere decimas ſuas, addet quintam partem earum.* Ad quam legem ſic annotat Abarbenel: אין ראוי לפרשו על המעשר ראשון כי הוא ללוים ולא יוכל לפרותו אבל הוא מן המעשר שני שיוליכהו לירושלים: *Non debent hæc intelligi de decima prima, quippe quæ Levitarum eſt, & redimi nequit, ſed de ſecunda, quam Hieroſolymam deferunt.* In cauſa vero aſſignanda, cur Deus præceperit, ut qui decimas vellet redimere, quintam adhuc partem adjiceret, non diſplicet conjectura *Abulenſis*, idcirco id factum eſſe, ne Judæi ſæpiùs tentarent redimere, adeoque retinerent decimas. Sed jam Legem ipſam intueamur, cujus verba ſic habent v. 24. ſeqq. *Cum autem longior fuerit via, & locus, quem elegerit Dominus Deus tuus, tibique benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta portare, vendes omnia & in pretium rediges portabisq; manu tua & proficiſceris ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, & emes ex eadem pecunia, quicquid tibi placuerit ſive ex armentis ſive ex ovibus, vinum quoque & ſiceram & omne quod deſiderat anima tua, & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua, & Levita, qui intra portas tuas eſt, cave ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in poſſeſſione tua.* Quæ poſtrema verba diverſimodè explicantur. R Abarbenel arbitratur, juberi Iſraelitam, שיסערנו על שלחנו בעלותו לשמוח לפני השם *ut menſæ ſuæ quoque apponat Levitam, ubi aſcenderit ut coram Deo lætetur.* Rabbi vero Aben-Eſra aliter explicat: הקלוב לי כי על המעשר הראשון דבר בעבור שהזכיר מעשר שני אמר לא תחשב כי תצא ידי חובתך במעשר השני לבדו. וטעם אשר בשעריך כי לאשר בשערו יתן המעשר הראשון ולא יאמר יהיה

עמ׳ ואני אוליכנו ללוי אחר או כבר נתתיו׃ *Mihi probabile videtur loqui eum de decima prima, quia ad solvendam secundam decimam cum est hortatus, subdit, ne arbitretur, secundâ decimâ solutâ omne debitum exolvisse.* *Verbis verò* qui est in portis tuis, *vult indicare, illi Levitæ, qui est in portis tuis, dandam esse decimam primam, neque dicere licere; eat mecum, ego ipsum ad alium Levitam deducam, vel jamdum ei dedi.*

§. 3. Licet verò tàm veteres quàm recentiores Ebræi verba adducta de secunda decima agere crediderint, non defuere tamen, qui eam negarent. Ac nisi fallor, *Karæos* innuit R. Aben-Esra, dum sic scribit: המכחישים אמרו כי מצות עשר תעשר הוא מעשר ראשון וטעם וצרת הכסף בידך עם הלוי ידבר וכן ובבורות בקרך עם הכהן ידבר ואין שם מעשר שני רק זה שהוא לשלש שנים׃ *Apostata dixerunt præceptum* decimando decimabis *loqui de decima prima: verba verò* & ligabis argentum in manu tua, *Levitam respicere,* & primogenita de armentis tuis *ad Sacerdotem referri debere, ut adeo non sit decima secunda, nisi quæ tertiò anno obtinuit.* Sed hæc interpretatio vel eo nomine applausum non meretur, quod personarum diversarum mutationem fieri in textu præsupponit, quæ tamen uti aliàs, nisi ex scriptura admittendæ illius ostendatur necessitas, vitari debet, (quippe quô pactô certitudo vacillaret scripturæ) ita vel maximè in legibus divinis cautio est, ne facilè eam admittamus. Præter illos verò, quorum Aben-Esra fecit mentionem, etiam hanc sententiam de secunda decima rejicit *Nicolaus Lyranus,* ex Judæo factus Christianus. *Dicunt,* inquiens, *aliqui, quod Judæi faciebant quolibet anno duas decimas de omnibus bonis suis, & prima erat tota de jure Levitarum, secunda, quæ erat de novem partibus remanentibus, non sic erat, & de ista hic loquitur scriptura. Sed hoc dictum non habetur in scriptura, sed solum una decima quolibet anno fiebat, alia quolibet tertio, quæ erat pro pauperibus, ut habetur Deut. 14.*

§ 4. Fuisse

§ 4. Fuisse autem reverà decimam hanc aliam & distin-ctam à prima infrà ostendemus, ubi fundamenta, quibus R. Abarbenel eam probare satagit, perpenderimus. Ita verò ille *fol. 360. col. 2.* אמר עשר תעשר את כל תבואת זרעך היוצא שנה שנה ר״ל שיעשר את תבואתו היוצא אליו בשני שנים הסמוכים לשמטה זה אחר זה ולכן אמר שנה שנה זה בשתי שנים ועליהם עשר תעשר ואפשר לפרש על שני המעשרות אמר עשר על מעשר ראשון שכבר התבאר במה שקדם ותעשר על מעשר שני שבא בקצור ובארו הנה בשלמות: *Dum ait: decimando decimabis omnem proventum seminis tui egredientis anno anno, vult indicare, ut decimet proventum, quem accipit duobus annis annum remissionis immediatè se consequentibus. Ideò enim repetit vocem* שנה*, ut biennium illud denotetur. Potest etiam fieri, ut intellexerit duas decimas verbis illis, primam videlicet verbo* עשר *de qua ante egerat, secundam verò* תעשר*, cujus ante non nisi brevissimè meminit, & quam nunc perfectè explicat.*

§. 5. Cœterum neutrum Abarbeneli concesserimus. Quod enim שנה שנה biennium notare ait, id falsissimum est, potius distributionem denotat, *singulis annis*, juxta regulam *B. D. Glass. Phil. Sac. lib. 3. p. 19. Apud Ebræos substantivum loco adjectivi distributivi est* Conf Gen. XXXIX, 10. Lev. XXV, 23. 1 Sam. VII, 16. Neh. X, 35. Zach. XIV, 16 & *Thesaur. Buxtorfii* lib. 2. cap. 2. p. 348. ubi similia exempla occurrunt. Atque ita ipse *R Maimonides* intellexit cap. 5. de תרומה ubi ait: אין תורמין מפירות שנה זו על פירות שנה שעברה ולא מפירות שנה שעברה על פירות שנה זו ואם תרם אינה תרומה שנ׳ שנה שנה. *Non oblationem magnam separant de fructibus hujus anni loco fructuum anni præteriti nec vice versa. Si enim hoc factum fuerit, non est oblatio, dictum enim est:* שנה שנה *singulis annis.*

§. 6. Consimiliter conduplicatio verbi *decimando decimabis* etiamsi vi sua minimè caret, diversas tamen decimas

nequaquam involvit. Atque hic *Abarbenelem* ſuo ipſius jugulabimus gladio. *Comment. in c. 53. Eſai.* Chriſtianos exſibilat, qui verbis Gen. 3. מות תמות *moriendo morieris* præter temporalem mortem æternam quoque indicari dicant, perinde ac ſi hoc unicô argumentô niterentur ad probandum, Deum præter temporalem mortem, ab impiis etiam animarum, quæ à corporibus migrarunt, pœnas exigere. His reſpondet: מפאת הכפל אינו ראיה: *ex duplicatione nihil probatur.* Et quum loca, velut inſtantias, 2. Sam. II, 14. Gen. XXVI, 11. in medium attuliſſet, tandem ſubjungit: הוא כמו אכול תאכל זכור תזכור ודומיהם שנכפל לחזק הענין: *Uſurpatur uti* (Gen. II, 16.) *comedendo comedes, recordando recordaberis* (Thren. III, 20.) *& ſimilia, quæ emphaſeos cauſa repeti ſolent.* Eſt itaque & h. l. emphaſis ex idiotiſmo Ebraico & ſignificat idem ac *exactam & diligentem decimationem*, vel ſecundum R. Aramam התמדת פעולות *continuationem decimarum*, ולא יתעצב בנתינה ex qua Iſraelita *tædium vel dolorem non capiat*, uti idem ex Deut. XV, 10. explicat.

§. 7. Ejusdem farinæ eſt, quod Abarbenel decimam ſecundam probare conatur ex Num. XVIII, 19. *Omnem decimam filiorum Iſrael, quam elevabunt Domino, elevationem dedi Levitis.* Ad hæc verba ſcribit hunc in modum: מורה שהיה שם מעשר אחר שלא ירימוהו לה' הנה אם כן בא שמות מעשר הראשון בביאור והמעשר השני בקצור ורמז: *Oſtendit, eſſe aliam adhuc decimam, quam Domino non ſint oblaturi. Explicitè igitur egit de decima prima, de ſecunda breviter & implicitè.* Sed ex eo, quod Domino decimas dicuntur daturi, non ſequitur, Ergò alia eſt decima, quam Domino non ſunt ſoluturi. Nec Carthuſianus cuiquam eas perſuaſerit, *Multa* inquiens, *verè dicuntur, quæ in ſcriptura canonica non habentur.*

§. 8. Ex *Deut. XII, 11.* firmiſſimè probari poteſt hoc argumento. Quæ decima apportari debuit Hieroſolymam & ibi comedi

comedi à colono coram Domino, illa est distincta ab illa decima, quæ Levitis dabatur ad familiarum suarum sustentationem. Sed hæc decima secunda ab ipso colono Hierosolymam apportari debuit & ibi comedi. E. est distincta ab illa, quæ Levitis ad familiæ sustentationem dabatur. Major probatur ex l. cit. cumprimis v. 17. collato cum c. XIIX. Num. v. 21. Observavit hoc ipse *Abarbenel* ad Deut. 12. sic commentans: הם מעשר בהמה ומעשר שני לא מעשר ראשון שהוא ללוי והיה אוכל אותם בכל מקום: *Intelligitur decima jumenti & decima secunda, non prima, quippe quæ Levitis cessit & quovis loco poterat comedi.* Adde Maimonid. cap. 2. de decima secunda §. 1. ubi probat hanc decimam necessariò לפנים מחומת ירושלי' *intra muros Hierosolymorum coram Domino fuisse comedendam*, & qui violasset hanc legem, eum fustigationi fuisse obnoxium. Atque hic ὁμόψηφον habemus *Josephum*, cujus verba quæ extant *lib. 3. c. 8. A. J.* infrà adscribemus.

## CAPUT VI.

## De Decima Tertia.

§. 1. Præter decimam primam, quæ Levitis cedebat, & secundam, quæ ab ipso colono Hierosolymis consumebatur coram Domino, aliam adhuc decimam solvebant Israelitæ, quam Ebræi vocant מעשר עני, Hieronymus πτωχοδεκάτην. De hac Moses loquitur Deut. XIV, 28. *à fine*, inquiens, *trium annorum educes omnem decimam proventûs tui in anno ipso & repones in portis tuis.* Ad quæ verba AbenEsra זה של שלש שנים יקרא מעשר עני ואחנו נסמוך על קבלת אבתינו: *hæc decima tertii anni vocatur decima pauperis, & nos nitimur majorum nostrorum traditione.* Solet etiam à pluribus cùm Judæis tùm Christianis adduci locus Deut. XXVI, 12. qui tamen, ut R. Abarbenel bene observat, non tàm de ipsa agit decima tertia, quàm illo, quod illâ solutâ ab Israelitis Deus præstari

 voluit.

voluit. Sic enim ille fol 391. col 3. loquitur: אמר כי תכלה לעשר את כל תבואתך בשנת השלישית שנת המעשר וגו' ואין הכונה כאן לצוותו שיתנהו ללוי לגר ליתום ולאלמנה כי זה כבר צוה עליו במקומו אבל פירושו הוא שתכלה לעשר את כל מעשר תבואתך ולתת המעשר עני ההוא לגר ליתום ולאלמנה , שיאכלו בשעריך כמו שצוה עליו שמה הנה אנכי מצוך שבהיותך עומר לפני ה' אלדיך בהגרת הבכורים שזכר למעלה התורה גם כן על מעשר עני הזה: *Dum ait* (Moses) *cùm consummaveris decimam dare, decimam proventus tui annô tertio, anno decimæ, &c, minimè intendit præcipere, ut eas det Levitæ, peregrino, orphano & viduæ, hoc enim jamdum suo loco mandaverat* (Deut. XIV, 28.) *sed sensus est verborum: cum consummaveris decimam proventus tui, & dederis illam decimam pauperis Levitæ, peregrino, orphano & viduæ, ut in portis tuis eam comedant, veluti l. c. præcipitur, ecce ego id quoque præcipio tibi, ut cum steteris corã Domino & primitias attuleris, quarum supra* (c. 26. v. 2.) *est facta mentio, etiam decimam hanc pauperis à te solutam confitearis,*

§. 2. Mentio harum decimarum præterea fit ab autore libri Tob I, 7. cujus verba quandoquidem Vulgatus interpres minus fideliter vertit, Græcè loquentem eum audiemus: *τὴν πρώτην δεκάτην ἐδίδουν τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν τοῖς θεραπεύουσιν Ἱερουσαλήμ· τὴν δὲ δευτέραν δεκάτην ἀπεπρατιζόμην, καὶ ἐπορευόμην καὶ ἐδαπάνων αὐτὰ ἐν Ἱεροσολύμοις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. Καὶ τὴν τρίτην ἐδίδουν οἷς καθήκει, καθὼς ἐνετέλλετο Δεββώρα ἡ μήτηρ τοῦ πατρός μου.* Contradicit hujus libelli autori *Jacobus Capellus, Acad. Sedanensis quondam Professor, annot ad c. 7. v. 4. Epist. ad Ebr. Decimationes,* inquiens, *non erant tres, ut putavit autor Græcus Tobiæ cap. 1. v 7. Sed duæ tantùm, ut disertè docuit R. Moses de donis pauperum c. 6. & de decima secunda cap. 1. Et Rabbi Moses Hispanus affirmativo mandato 136.* Sed qui legerit R Maimonidem, is depre-

deprehendet, omninò trium decimarum eum mentionem fecisse, quanquam non singulis annis solutas omnes affirmet. Hæc enim sunt ipsius verba locô á *Capello* citatô ; זה סדר
תרומות ומעשרות אחר שקוצר הארץ או אוסף פרי
העץ ותגמר מלאכתו מפריש ממנו אחד מן החמשים
וזה נקרא תרומה גדולה ונותנה לכהן ועל זו נאמר
בתורה ראשית דגנך תירושך יצהרך ואחר כן מפריש
מן השאר אחד מעשרה וזה נקרא מעשר ראשון ונותנו
ללוי ועל זה נאמר בתורה כי את מעשר בני ישראל
וכו ונאמר ולבני לוי הנה נתתי את כל מעשר בישראל
ואחר כך מפרוש מן השאר אחד מעשרה והוא הנקרא
מעשר שני והוא לבעלין ואוכלים אותו בירושלים
ועליו נאמר ואם גאל יגאל איש ממעשרו ועליו נאמר
עשר תעשר ואכלת לפני ה׳ אלהיך במקום אשר יבחר
על הסדר הזה מפרישין בשנה ראשונה מן השבוע
ובשנייה וברביעית ובחמישית אבל בשלישית ובששית
מן השבוע אחר שמפרישין מעשר ראשון מפריש מן
השאר מעשר אחד ונותנו לעניים והוא הנקרא מעשר
עני ואין בשתי שנים אלו מעשר שני אלא מעשר עני
ועליו נאמר מקצה שלש שנים תוציא את כל מעשר
תבואתך בשנה ההיא והנחת בשעריך ובא הלוי עלין
כו׳ כי תכלה לעשר שנת השמטה כולה הפקר ואין
בה לא תרומה ולא מעשרות כלל לא ראשון לא
שני ולא מעשר עני: *Hoc ordine Thrumoth & Decimæ solvebantur. Postquam messuerunt, fructus collegerunt eosq; elaborârunt, separabatur unum de quinquaginta. Hæc separatio dicebatur Thrumah magna & dabatur Sacerdoti, de hac intelligenda sunt verba legis* (Deut. XVIII, 4.) *primitias frumenti tui, musti tui & olei tui &c. His peractis detrahebatur unum decem, quod appellabatur decima prima & Levitis dabatur. De hoc intelligenda sunt verba* (Num. XVIII, 24.) *quia decimam filiorum Israel &c. &* (v. 21.) *filiis Levi, ecce dedi omnem decimam in Israel in hæreditatem.*

*His*

*His ita peractis de residuo decima pars iterum sumebatur, quam vocant secundam. Atq; de hac, quæ à colonis ipsis absumebatur Hierosolymis, loquitur lex* (Lev. XXVII, 31.) *Si quis redimere velit decimas suas. Et* (Deut. XIV, 22.) *decimando decimabis & comedes coram Domino Deo tuo, in loco quem elegerit. Hunc in modum separant anno primo, secundo, quarto & quinto; sed anno tertio & sexto, postquam separârunt decimam primam, de reliquo partem separant, quam pauperibus tradunt, & vocant decimam pauperis. Atq; his duobus annis decima secunda solvitur nulla nisi pauperis. De hac sermo est* (Deut. XIV, 28.) *in lege: à fine trium annorum educes omnem decimam proventus tui in anno ipso & repones in portis tuis & veniet Levita &c. Item quod porrò* (Deut. XXVI, 12.) *legitur: cum consummaveris decimam dare &c. Septimi anni fructus omnes erant communes, in quâ neque thrumah dabatur magna, neque decimæ, non prima, non secunda neque pauperis.*

§. 3. Hæc verba Maimonidis quamvis complura ideò adducenda duximus, ut ex iis & sententia Judæorum posset cognosci, & quid de Capelli censurâ, quâ libri Tobiæ autorem taxat, sit judicandum, patesceret. Nempe trium omninò decimarum R. Moses facit mentionem, ita tamen, ut non singulis annis locum obtinuisse, sed certô tempore unam ab altera peremtam dicat, à tertia videlicet secundam. Etsi verò hoc pactô nunquam simul tres decimæ fuerint solutæ, vocat eam nihilominus AbenEsra חשלישי *tertiam*, quod esset, ut R. Bechai loquitur מעשר מחודש *nova & à reliquis distincta decima*. Quæ sententia, nisi fallimur, est Judæorum communis. Confer *R. Bechai fol. 217. col. 1.* & *Schulchan Aruch, parte 2. Jore deah. fol. 99. col. 3. Dn. D. Varenius* quidem *cap. 11. Trifol. sac.* aliter sentit: *Hæ*, inquiens, *decimæ trietericæ eo anno perimebant decimam non utramque ut putat R. Salomo, non secundam ut AbenEsra, sed primam.* Sed nisi prorsus fallimur, nihil aliud docet *R. Salomo*, quàm quod *Maimonides* & *AbenEsra*. Ecce ipsa

verba

verba Rabbini ad Deut. XIV, 2!. commentantis: אין נוהג כה אלא מעשר אחד משני מעשרות שנהגו בשתי שנים שמפניה ששנה ראשונה של שמטה נוהג כה מעשר ראשון כמו שנאמר כי תקחו מאת בני ישראל את מעשר ומעשר שני שנ׳ ואכלת לפני ה׳ אלהיך מעשר רגנך הרי שתי מעשרות ובאת ולמרך כאן בשנה השלישית שאין נוהג מאותן שתי מעשרות אלא האחד ואי זה זה מעשר ראשון ותחת מעשר שני יתן מעשר עני שנ׳ כאן ונתת ללוי את אשר לו הרי מעשר ראשון לגר ליתום ולאלמנה זה מעשר עני: Sensus est: *non erat recepta eô annò (tertiô) nisi una de duabus decimis, quæ proximis binis annis dabantur. Primò enim post annum remissionis annò solita erat dari decima prima, quemadmodum dictum est* (Num. XIIX, 26.) *quia accipietis à filiis Israel decimam. Præterea solvebatur decima secunda, quia dictum est, Deut. XIV, 23. & comedes coram Domino Deo tuo decimam frumenti tui. Ecce sic duas decimas habes. Sed hic docet te, anno tertio non nisi unam de duabus illis decimis fuisse solutam, quæ vero illa? prima. Loco secundæ verò dedit pauperis decimam, quia dictum est, & dabis* Levitæ, *quod illius est, & hæc est prima decima, verbis autem:* peregrino, orphano & viduæ *decima secunda intelligitur.* Ex quo interpretamento patescit, R. Salomonem asserere, secundam decimam à tertia peremptam fuisse, quæ uti diximus, communis est Rabbinorum opinio.

§. 4. Hujus assertionis Judaicæ rationem, quam R. Salomo & alii Ebræi adferunt nullam; R. Abarbenel l. cit. adducit inde, quod, cùm Moses de decima secunda Hierosolymam apportanda & ibi comedenda egisset Deut. XIV, 22. seqq. mox versu 28. de *decima tertia* acturus dicat: *à fine trium annorum educes omnem decimam proventus tui in anno ipso & repones in portis tuis. Et veniet Levita, quia non ei pars & hæreditas tecum & peregrinus & pupillus & vidua, qui in portis tuis, & comedent, & saturabuntur, ut Dominus Deus tuus benedicat in omni facto*

F *manus*

*manus tuæ :* ubi Abarbenele judice מאר שלא יוליך אותו לירושלים ולא אכלו הבעלים כמו שהיה הענין בשני השנים הראשונים אבל יניחו בשערים: *Moses præcepit, ne Hierosolymam eo anno decimam ferat, qui eam solvit, neque ibi comedat, ut fieri solebat duobus annis proximis superioribus : sed ponat in portis* nempe urbium, ut sic *meliùs & diuturniùs iis uti possent Levitæ & pauperes ; cùm quæ in conviviis factis simul expenduntur, faciliùs finiantur,* uti ad vocem בשעריך commentatur *Tostatus.*

§. 5. Huic vero sententiæ opposita est illa, quam post *Scaligerum* & *Amamam* fovet *Dn. D. Varenius*, decimam anni tertii fuisse loco primæ. Sic enim *Amama* l. cit. loquitur : *Sunt qui secunda loco fuisse decimam tertii anni, aut quod idem est, eo anno (tertio) secundam omissam asserunt, sunt qui neutram. Quid illos induxerit, fateor me non videre. At hoc decepit, quod Tob. I, 7. vocatur δεκάτη τρίτη, cum tamen ea nihil aliud sit, quàm decima tertii anni. Magnus autem ille Scaliger vult, nihil aliud eas fuisse, quàm decimas primas, quæ primo & secundo, item quarto & quinto anno Hierosolymam à colono deportabantur in manus Ephemeriæ Levitarum tum ministerium obeuntis ; tertio autem & sexto anno hebdomadis annalis in horrea, cellas & apothecas condebantur, Levitis, orphanis & peregrinis in ostio coloni eroganda. Licet verò rationes suæ sententiæ non afferat, non tamen sine ratione hoc statuisse putandus.* Videantur reliqua, quæ ibi pro Scaligeriana opinione afferuntur ab *Amama*, cui, valere jussâ sententiâ Judæorum, *Dn. D. Varenius* adstipulatur.

§. 6. Antequam, quid nobis in hoc divortio videatur, dicamus, illud hic etiam perpendendum arbitramur, quod annus ille *tertius* Deut. XXVI, 12. vocatur notanter שנת המעשר *annus decimarum*, qua appellatione primus & secundus annus nequaquam insigniuntur. Rationem hujus appellationis his verbis reddit *R. Salomo* אם שהה מעשרותיו של שתי שנים

ולא

ולא העלם לירושלים צריך להעלותן עכשיו: *Si decimas biennii preterlapsi cessavit Hierosolymam ferre, necessum est, ut jam coferendas curet.* Neque hinc multùm abit *R. Moses Alschech* com. ad h. l. ubi sic quiritantem Israeliticam inducit: אמר הלא צויתני כי שנה אחר שנה אלכה לי אל המקום אשר בחר השם ושם אוכל כל ברכת מעשר שני אשר ברכתני והלא אוציא כל השתי שנים תוך ירושלים אוכל ושותה כל מעשר הגן ותירוש ויצהר לרוב אשר נתתני ה' ומתי אעשה לביתי כי הלא זה שנתים לא אוכל ללכת לעירי ואם אלכה לי לפתח ולשדד ארת אדמתי ולזרוע ולקצור ולזרות הלא לא יהיה רק מעט מזער כמתגנב ושב לירושלים ושם איככה אוכל וראיתי באבדן ביתי אל תחוש כי הלא הנני מבשרך כי מקצה שלש שנים תוציא את כל מעשר תבואתך אשר הם מעשרות השנתים ימים אשר הייתי שם ותבואת השלישית שהיא כאשר תזרע בשנית ודע לך כי ובא הלוי כו' והגר והיתום והאלמנה לקחת זה מעשר ראשון וזה מעשר שני: Sensus est: *annon praecepisti, ut singulis annis ad locum, quem elegerit Dominus, vadam, & ibi decimam secundam de bonis, quibus mihi benedixisti, comedam? Sed sic Hierosolymis comedendo & bibendo omnem decimam frumenti, olei, musti, quae mihi dederis, ecquando mea familiae prospexero? Biennio enim isthoc non potero in meam urbem meare. Et si vel maximè ivero ad sulcandam & occandam terram* (Esai. XXIIX, 26.) *ad seminandum & metendum, pauxillulum superesit temporis, & ei, qui se furtim quasi subduxerit, extemplò Hierosolymam redeundum fuerit. Ecquomodo itaq; potero domus meae videre perniciem?* (Esther VIII, 6.) Respondet jam ex mente Dei *R. Alschech.: Noli esse sollicitus! quia sub finem tertii demum anni proferas omnem decimam proventus tui, nempe quam biennio ante collegisti, & proventum tertii, quem ex eo dabis, quod secundo anno sevisti. Hic scias licet, venturum Levitam, peregrinum, orphanum & viduam, ut accipiant, ille primam decimam, hi verò secundam.*

§. 7. Cœterum cùm, uti ex Exod XXIII,14 Deut. XVI,16. constat, omnes masculi singulis annis ter Hierosolymis apparere coram Domino debuerint, verisimile est, eâdem operâ *decimas secundas* quoque eos secum asportâsse, ut necessum minimè habuerint diverso & ad decimas afferendas de industria instituto itineri se accingere: cum aliàs satis laboriosum fuerit, tantillô temporis spatio tàm longum atque molestum iter emetiri. De festo Paschatis sic loquitur *Abarbenel. fol. 362. col. 4.*

היה הרגל הזה עמל גדול לישראל שאחרי שהלכו לבתיהם ימים מועטים קהל גדול ישובו הנה לירושלים לחג השבועות או יתמהמהו שמה מחג הפסח עד חג השבועות בהיות הזמן הזה שהתבואות ולכן בשדה ולב האדם עליהם לראות בכל יום לדעת מה יהיה בהן:

*Festum hoc Israeli multum attulit laboris, postquam enim vix dum domum erant reversi, Hierosolymam eos frequentes oportuit repetere festô Septimanarum, aut à tempore Paschatis usq; ad hoc festum eis ibi erat subsistendum, cum in agro essent fructus, & homo cotidie desideraret videre, quid eis fieret.* Unde apparet, decimam secundam vix potuisse aliô tempore Hierosolymam afferri à colono, quàm instante festô solenni, cùm aliàs colono illuc erat eundum, & epulæ parandæ lautiores. Neque tamen negabimus, decimam cùm primam, tùm secundam ob remoram inevitabilem annis antecedentibus domi relictas tertiò annô fuisse exactas. Quæ ratio etiam esse potest hujus appellationis, ut non necessum sit cum *Abulensi, Bonfrero & aliis* dicere, annum tertium per excellentiam *annum decimarum* dictum ideò fuisse, quod eô omnes tres decimæ solverentur, cum duobus annis antecedentibus nonnisi duæ fuerint solutæ.

§. 8. Fl. quidem *Josephus*, cujus autoritatem pluris se facere, quàm omnium Rabbinorum affirmat *Claudius Salmasius p. 103. de Fœn. Trapezitico*, de decimis agens *lib. 4. c. 8. Antiq. Jud.* Mosen ita loquentē inducit: Ταῖς δεκάταις ταῖς δυσὶν, ἃς ἔτους ἑκάστου

προ-

προεῖπον πλεῖν τὴν μὲν τοῖς Λευίταις, τὴν δὲ ἱερὰν πρὸς τὰς εὐωχίας, τρίτην πρὸς αὐταῖς κατὰ τὸ ἔθος συμφέρειν εἰς διανέμησιν τῶν σπανιζόντων γυναιξί τε, χήραις καὶ παισὶν ὀρφανοῖς. *Ultra duas decimas, quas quotannis pendere jã jussi, alteram Levitis, alterã in sacras epulas, tertia tertio quoq; anno est conferenda, qua in egenas viduas & pupillos distribuatur.* Sed locũ istum in Abulensis sententiæ subsidium afferri posse haud existimamus, & primam illam Rabbinorum sententiam minimè improbabilem esse dicimus, cum ipsi LXX. interpretes, rituum paternorum ut qui maximè gnari, illam quoque non obscurè indicare videantur, dum Deut. XXVI, 12. hunc in modum transtulerunt: ἐὰν δὲ συντελέσῃς ἀποδεκατῶσαι πᾶν τὸ ἐπιδέκατον τῶν γεννημάτων τῆς γῆς σου ἐν τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ, τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον δώσεις τῷ Λευίτῃ, καὶ τῷ προσηλύτῳ καὶ τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ, καὶ φάγονται ἐν ταῖς πόλεσί σου καὶ ἐμπλησθήσονται. *Cum consummaveris omnem decimam terræ tuæ annò tertiò, secundam decimam dabis Levitæ, Proselyto, orphano, & viduæ, ut comedant in urbibus tuis & saturentur.* Ubi expresse ajunt, secundam decimam eò anno dandam fuisse Levitæ, Proselyto & reliquis pauperibus, quæ ut *Josephus* & *R. Abarbenel* suprà quoque annotârunt, aliàs Hierosolymam erat ferenda. Quæ cum ita se habeant, neque tres simul decimæ fuerunt solutæ, uti *Abulensis* voluit, neque prima perempta, ut *Scaliger & alii* contenderunt; sed *secunda*, quæ aliis annis *colono* cedebat, annò tertiò *pauperibus* in populo Israelitico dispensabatur, ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

## CAPUT VII.

## *De Confessione Decimarum.*

§. 1. Decimam hanc τρίτην sive *tertiam* tandem excepit *confessio* solennis, quâ Hierosolymis Deo ipsi aperire tenebatur Israelita, quam diligenter omnia fuerit exequutus, & quod de suis ipsius opibus non alienis dederit. Ubi nisi Deum

 se fal-

ſe fallere poſſe ſperavit, oportuit ipſum antea operam dediſſe, ut quæ ageret, cum confeſſione futura exactè convenirent. *R. Maimonides cap. ult. de Decima ſecunda* hoc docet his verbis: מצות עשה להתודות לפני השם אחר שמוציאין כל המתנות שבזרע הארץ וזה הנקרא ודוי המעשר ואין ודוי זה אלא. אחר השנה שמפרישין בה מעשר עני שנאמר כי תכלה לעשר ואמרת לפני ה' אלהיך בערתי הקדש מן הבית: *Mandatum affirmativum eſt, quô jubentur poſt exhibitionem omnium donorum, ex ſemine terræ confiteri coram Domino. Et hæc confeſſio vocatur decimarum, ſed quam non ſolent ante recitare, quàm decimam pauperum ſeparârint, quia dictum eſt* (Deut. XXVI, 12.) *quando compleveris decimam cunctarum frugum tuarum, dices Domino Deo tuo; Abſtuli ſanctificatum de domo mea.* Hujus confeſſionis fuit תועלת העצום *inſignis utilitas*, ut *R. Abarbenel* loquitur. שבעבורו ישתדל כל אדם לקיים אותו המצוה פרי שיוכל להתודות עליה בדברי אמת בערתי הקדש מן הבית וגם נתתיו; *quia unusquisque propter eam confeſſionem ſtudebat præceptum implere, ut verè poſſet confiteri & dicere: Abſtuli ſanctificatum è domo & etiam dedi &c.* Cùm in populo carnali, qui commodo ſuo inhiabat, interverſioni & fraudi ſæpiùs aliàs fuiſſet locus relictus, viſum eſt Deo hâc publicè confitendi neceſſitate eos veluti freno conſtringere, adeoque cavere, ne cura Levitarum & pauperum apud Ebræos vileſceret.

§. 2. Solent verò Talmudiſtæ & Rabbini plerique omnes verba Deut. 26. adducta ita intelligere, ac ſi confitens illis profiteatur, ſe omnes primitias & decimas ritè ac ordine exhibuiſſe. Sic enim *Maimonides* ait l. cit. §. 13. צריך להפריש המתנות על הסדר ואחר כך יתודה שני ככל מצותך אשר צויתני: *oportet omnia, quæ exbibet, ordine dare, quia dictum eſt,* (v. 13.) *ſecundum omne id, quod mihi præcepiſti.* Unde *Rab. Salomo* verba Exod. XXII, 29. quorum ſenſum ſuprà cap. 1. §. 5. vidimus,

mus explicat per לא תשנה ארץ כרון *non mutabis ordinem illorum*, quem sequitur *R. Bechai* fol. 217. אין להקדים מעשר ראשון להתרומה ולא מעשר שני לראשון שנ' מלאתך ודמעך לא תאחר: *Non debet decima prima præmitti oblationi magnæ, neque secunda decima primæ, quia dictum est,*( Exod. XX, 29.) *plenitudinem tuam*, &c.

§. 3. *R.* vero *Abarbenel* hic ingenuè confitetur, saltim hanc esse דרש vel *allegoricam* Dd. *expositionem*, quam פשט sive *litera* scripturæ minimè suggessit. Unde meritò Judæis eam relinquimus. De tempore, quô confessionem hanc edere tenebantur, itidem non conveniunt Judæi. *R. Abarbenel* contendit annô tertiô id fuisse, solutâ nempe decimâ tertiâ. *R. Maimonides* verò & alii Rabbini, qui Talmudistas sequuntur, aliter sentiunt. Sic enim ille l. cit. §. 3. אימתי מתודין במנחה ביום טוב האחרון של פסח רביעית ושל שביעית: *Ecquando confitentur? cum sacrificium vespertinum offertur ultimô festi paschatis die, anno quarto & septimo.* Formula à Mose legislatore præscriptæ confessionis notatu dignissima hæc est: *Abstuli, quod sanctificatum est, de domo mea, & dedi illud Levitæ & advenæ & pupillo ac viduæ, sicut præcepisti mihi, non præterivi mandata tua, nec sum oblitus imperii tui. Non comedi ex eis in luctu meo* ( loquamur cum Vulgata versione, donec quomodo hæc alii intelligant, doceamus) *nec separavi ea in qualibet immunditia, nec expendi ex his quicquam in re funebri. Obedivi voci Domini Dei mei, & feci omnia, sicut præcepisti mihi. Respice de sanctuario tuo & de excelso cœlorum habitaculo, & benedic populo tuo Israel, & terræ, quam dedisti nobis, sicut jurasti patribus nostris, terræ lacte & melle fluenti!*

§. 4 Ad verba non comedi ex eis באוני *R. Abenesra* ait: אם הייתי אבל לא אכלתי קודם מעשר: *Dum mihi lugendum erat, non comedi, antequam dedissem decimas.* Et *R. Maimonides* l. cit, הא אם אכלו באנינה אינו מתודה: *Ecce si*

*come-*

*comedit ex eo in mœrore, non confitetur.* LXX. ἐν ὀδύνῃ μου, qui omnes de secunda decima quoque intellexerunt. Rabbi verò *Abarbenel*, qui iterum à reliquis Ebræis facit divortium, & hanc confessionem in specie decimam pauperis anno tertiò solvendam spectare contendit, hanc expositionem nobis reliquit: ר״ל עם היותו מעשר עני והיות לי עניות הרבה לא מצאתי התר לעצמי לאכול ממנו לומר גם אני לאכול ויהיה אוני מענין דלות ועניות כמו בן אוני אלוה יצפון לבניו אונו זבחיהם כלחם אונים שהם כלם כפי המרקדקים ענין עניות ודלות ואבלות: Sensus est: *Licet hac decima sit pauperum, & ego jam inopiâ laborem magnâ, tamen ex ea comedere non sum ausus, dicendo, mihi quoque, utpotè pauperi, ex ea licet comedere. Atque hac ratione vox* אוני *significat tenuitatem & paupertatem, uti locis seq. filius doloris mei* (Gen. XXXV, 18.) *Deus addet filiis suis dolorem* (Job. XXI, 19) *sacrificia illorum sicut panis* אונים, (Hos. IX, 4.) *quæ omnia, Grammaticorum sententiâ, notant paupertatem, & luctum.*

§. 5. Dum porrò in fonte dicitur, *non comedi ex ea* בטמא sensum hunc esse dicit *Abarbenel*, לא הפריש ולא נתן הטמא לקחת ולהשאירו לעצמו היותר טהור ונקי ולא נאמר כאן כפי זה הפי׳ טמא על הטמא כפי דיני טומאה וטהרה כי אם על דבר הפחות והנבזה ושיש בו פסולת רב והוא כמו סורו טמא קראו למו שענינו פחית ונבזה ומלוכלך: *Non separavit neque dedit decimam de immundo, sibi de puro & optimo reservato. Atque hic immundum non sumitur, ut aliquid legaliter est mundum vel immundum, sed uti significat aliquid vile & abjectum, in quo multum est furfuris vel scoria, uti accipitur in verbis* (Thren. IV, 15.) *recedite, immunde, clamarunt ad eos. Ubi notat vile quid, abjectum & inquinatum.*

§. 6. Tertium, quod in solvenda decima se observasse, profiteri debuit, erat, ולא נתתי ממנו למת, *& non dedi ex ea mortuo.* R. AbenEsra ait, significari, nihil datum esse, לצרכי מת

מת ad ea, *quæ mortuo necessaria sunt. R. Salomo, R. Gerundensis, R. Maimonides* & *R.* Bartenora secuti *Talmudistas* cap. 5. *de Decima secunda*, idem esse ajunt, ac si dicat שלא לקח ממנו ארון ותכריכין: *se inde nihil desumsisse ad arcam conficiendam vel involucrum mortuo.* B. D. Gerh. *non expendi quippiam in rem funebrem vel convivium funebre.* *Abarbenelus* vero sententia hæc est אמר זה לפי שהיה מנהג הרמאים בימים ההם כדי שלא יתנו המעשר כלו לעניים שאומרים לשואלים אותם שכבר נתנוהו לעניים שכבר מתו כדי שלא יודע הדבר ומפני זה יאמר המתודה שלא נתן המעשר הזה לאדם שכבר מת שיוכלו בני אדם לחשוב עליו שלא נתנו ושהוא מרמה בפיו כי חיים הם העניים שיקבלו ממנו ויגידו צדקתו: *Ideò sic loquebatur, quia id temporis erat fraudulentorum consuetudo, ut, ne totam decimam pauperibus darent, dicerent, se jam dum dedisse pauperi defuncto, nempe ne fraus illorum percrebresceret. Hinc confessurus jubetur dicere, se non defuncto dedisse, ne homines videretur ore fallere, sed vivis adhuc, qui de eleemosyna queant testari.*

§. 7. Ita autoritate veterum & recentiorum Ebræorum nihil motus *R. Abarbenel*, ter à communi sententia & receptâ vocum interpretatione recessit, qui tamen falsâ nititur hypothesi, quasi verba confessionis de *decima* tantùm *pauperis* agant, de reliquis non item. fol. 391. col. 3. sic loquitur: מרעה ראה שהאדם במעשר השני להיותו נאכל לבעלים היו שם שומחים בו ובהוליכם אותו לבית המקדש ישמחו ויגילו כי יתפרסמו נרבותם ומתנותיהם אבל במעשר עני ירע בעיני האדם שיתן את עיניו ויגיע כפיו לזרים ולא יאכל בטובה *Moses doctor noster, super quem sit pax, vidit, quod homo decimâ secundâ, quam ipsemet comedit, lætetur, & ubi eam in domum sanctuarii detulerit, gavisurus, & tripudiaturus sit, cùm liberalitas illius sic manifestetur; sed decimam pauperis ægrè daturum esse, eò quod laborem manuum*

*ſuarum extraneis dare cogatur, neque in letitia ipſemet conſumpturus ſit.* Ubi arbitratur recutitus, confeſſionem Judæis incitamento eſſe debuiſſe, ut pauperum decimam eò promptiùs ſolverent. Sed quid fiet decimâ primâ, quæ ipſa quoque dari debuit Levitis, neque fas erat colono illius vel tantillam partem comedere? Eâdem ſanè facilitate dixerim, illius quoque cauſâ confeſſionem fuiſſe datam. אם לא על מעשר עני ידבר אלא על כל שאר המתנות שיפריש למה לא יהיה מתודה בכל שנה ושנה שיתנם כי אם בשנת מעשר עני: *Si textus non loquitur de pauperis decima tantùm, ſed omnibus donis, quæ ſeparat, eccur non ſingulis annis confitetur, ſed anno demum decimæ pauperum?* Neque enim ſequitur: quô annô confeſſio decimarum fuit recitata, de ſola illius anni decima textus loquitur. Cum certis de cauſis illa in tertium annum rejicienda fuerit, nempe ut omnibus omnino decimis ſolutis, quarum pars prioribus annis, vel temporis injuria, vel offerentium culpa, nondum erat data, Iſraelitæ confeſſio cum re ipſa conveniret.

§. 8. Quod attinet exempla ſub finem § 4. adducta, quæ R. *Abarbenel* ordine ex *libro Radicum R. D. Kimchii* exſcripſit, veremur, ut ea *R. Abarbenelis* ſententiam ſtabiliant. Fatendum quidem eſt, *Kimchium* ad vocem און, quæ aliàs *luctum* ſignificat, ſcripſiſſe: ענין עד ואבל, *ſignificat calamitatem & luctum.* Nullum tamen illorum probat, ſignificare *paupertatem.* Neque *R. Nathan*, Ebraicarum concordantiarum autor, illius ſignificatus meminit. Poſtquam enim duas ſignificationes, quæ huc minimè quadrant, attuliſſet, tertiam his verbis ſuppeditat: מרה שפירושו תלונה ואבלות *ſignificat quiritari & lugere.* Nondum igitur quicquam cauſæ videmus, quamobrem vocem באוני de decima ſecunda non intelligamus cum *Maimonide* & aliis, adeoque aliter vertamus, quàm *in*

*luctu*

*luctu meo.* Confer. Rev. pl. & Excell. Dn. *Martini Gejeri*, Ling. S. in Univerſ. Lipſienſ. Profeſſ. celeberrimi libellum de *luctu Ebræorum* cap. 6. p. 162.

§. 9. Vocem בטמא *in immundo* quomodo Ebræi reliqui intellexerint, pateſcit ex *R. Maimonide cap. 3.* §. 1. Hilk. מעשר שני ubi ſic loquitur: האוכל מעשר שני בטומאה לוקה שנ' ולא בערתי ממנו בטמא בין שהמעשר טמא והאוכל טהור בין שהמעשר טהור והאוכל טמא: *Qui comedit decimam ſecundam in immunditia, vapulat, quia dictum eſt,* (Deut. XXVI, 14.) *& non abſtuli de eo in immunditia. Perinde autem eſt, ſive decima ſit immunda, & qui comedit mundus, ſive decima munda, & qui comedit immundus.* Neque hîc apparet ratio, quâ evincere poſſit *R. Abarbenel*, τὸ בטמא aliter eſſe explicandum, locus ſane ex Thren. IV, 15. allatus id minimè probat, ad quod evincendum adducitur. Uti v. nova quoque eſt explicatio vôcis למת, quā Abarbenel attulit, ita eruditis perpendendum damus, quantum ei ſit tribuendum. *R. Maimonides* cap. 3. §. 10. de *Decima ſecunda* ſenſum illius his verbis uberiùs declarat: מעשר שני ניתן לאכילה ושתיה שנ' ואכלת לפני ה' אלהיך וסיכה כשתיה ואסור להוציאו בשאר צרכיו כגון ליקח בו כלים ובגדים ועבדים שנ' לא נתתי ממנו למת כלומר לא הוצאתי אותו שאינו מקיים את הגוף: *Decima ſecunda datur ad comedendum & bibendum, quia dictum eſt,* (Deut. 14.) *coram Domino Deo tuo. Unctionis v. eadem ratio eſt ac bibitionis. Minimè verò licet eam inſumere ad reliqua neceſſaria, v. c. vaſa, veſtes, ſervos, quia dictum eſt, non dedi ex ea mortuo; quaſi dicat, non impendi aliquid de illa re, quæ corpus minimè ſtabilit.*

§. 10. Præterquàm autem, quod Iſraelita liberalis confeſſione iſtâ lætabatur, ſe Dei mandatis morem geſſiſſe, & decimis ſolvendis occaſionem habuiſſe, לקיים ממה שנ' אהבת את ה' אלהיך בכל מארך: *implendi illud, Dominum*

*Deum*

*Deum tuum diligas ex omnibus viribus tuis*; Deum quoque venerabatur, שתהיה ארץ זבת חלב ודבש ut in posterum quoque vellet, efficere, quò terra *isthæc melle & lacte flueret*. Quò voto, quoties in fide Dei sui perseverârunt, nunquam exciderunt. Qui enim pro suâ liberalitate anni septimi incommodis prospexit, & benedictionem ubertatemque trium annorum sexto anno promisit & præstitit, Lev. XXV, 21. is tantillam jacturam opum, quam in solvendis decimis senserunt, uberrimè est remuneratus, ceu Malach. III, 10. id impiis & fraudulentis Judæis emphaticis verbis in memoriam revocat, *adferte*, inquiens, *omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cœli & effudero vobis benedictionem* בלי די hoc est, ut in Michlal Jophi explicatur, לא יהיה לכם מגורות וכלים לאסוף בהן התבואה *ut non sufficiant vobis horrea & vasa ad excipiendum proventum.* Ex parabolis veterum Ebræorum, à quibus in terris agens Salvator noster sæpè mutuas sumpsit similitudines, hæc quoque est una, elegans sanè & digna, quæ hic legatur. Occurrit v. *in libro Jalkut. fol. 279. col. 3.* verbis seqq. משל לבעל הבירת שהיה מלוה לכל בני העיר חטין טובות והיו נותנין לו חטין טובות בשעת הגרן היה שם אחד עינו רעה וערב בהם תבן ועפר ותליך לו ראה אותו בעל הבירת שהיו רעות אמר לבן ביתו הנח אותו לעצמן אבל תערבם עם התבואה שכשיבא ללוות ממני מה אני נותן לו כך אמר משה ישראל אם הפרשת מעשר מעין רעה עפר הוא נותן לכם יתן השם את כו מטר ארצך אבק ועפר ואם הפרשת כראוי יפתח השם לך את אוצרו הטוב: *Parabola de Patrefamilias, qui mutuum dedit omnibus civitatis suæ incolis optimum triticum, quod ejusdem bonitatis tempore trituræ restituerunt. Unus verò, qui oppidò avarus erat, restituit, postquam pulverem & stipulam immiscuisset. Cùm Paterfa-*

*terfamilias animadvertisset, triticum esse vitiatum, filio domus suæ dixit; hoc triticum pone seorsim & cum reliquo noli commiscere, ut, quum ille redierit, triticum mutuum petiturus, ex illo ipsi dare queam. Sic Moses ad Israelem ait: Si separaveris decimam ex avaritia pulverulentam, pluviam reddet terra pulverem* (Deut. XXIIX, 24.) *si verò, ceu par est, decimam dederis, aperiet Deus thesaurum suum bonum.* Atque ita huic dissertationi finem imponere decreveram, adscripturus memorabilem sermonem *S. Augustini*, Patris augustissimi, de decimarum utilitate, qui exstat *tom. X. operum edit. Basil. pag. 769. serm. 219. de Tempore.* Cæterùm, quia angustiæ hujus chartæ eum minimè capiunt, visum est ejus locô recentioris quidem illius, at ingeniô & doctrinâ maximi Viri sententiâ eam obsignare. *Utinam inter Christianos hæc etiamnum vigerent, quorum liberalitas Judaicâ certè inferior non esse debebat, si non multò perfectior pleniorq;. Sed dolendum est, cum jugo ceremoniarum inutilium excussô morum etiam virtutumque laudatissimarum jugum quasi excussum esse, non aliter, quam si Christianum esse, tantundem sit, atq; nihil cum judaicis legibus, tàm quæ ad mores spectant, quàm quæ ad ceremonias & judicia, commune habere velle. Magnopere sanè hoc facit ad opprobrium Religionis Christianæ & Judæorum offendiculum, quod non sine specie veri exaggerant in contumeliam Servatoris nostri, quem caritatis, liberalitatis, beneficentiæ cæterarumque virtutum non præconem tantùm, sed ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν esse gloriamur.*

---

DUm *de Natura Decimarum* differere audes,
*Ingenii & decimas Judiciique* dare:
*Thoma Sagittari*, non degener *Aemule Patris*,
cùm *Patrui cultor*, tùm *Patruelis amor*:
En! subitæ meritas *decimas* te solvere *morti*,
& *vitæ decimas* Jova referre jubet.
*Præside Frischmutho* nunc has *Thummigius* edit
*Ingenii decimas Judiciique* tui:
*Deque tuo decimas* conatur habere *labore*,
ac *famæ decimis* participare tuæ.
Ipse mei *decimas* consecro utrique *favoris*,
& *famæ decimas* grator utrique suæ.

*Affinitatis ergò L. M. Q. appon.*

M. ADRIANUS Beier/ Eccl. Jenens. Archidiac.

In

*In honores disputationis hujus autoris beatissimi,*
Dn. SAGITTARII, ejusdemq; defensoris Eruditissimi, Dn. THUMMIGII Amicorum, Fautorum & Compransorum suorum honoratiss. ponebant Eorundem Commensales.

QUod quis proponit, Deus id disponere gaudet,
Nervosè sanè vulgata parœmia dicit.
Ecce Sagittarius, scintillas stella cohortis
Aoniæ, Charitum soboles, spes magna Parentum,
Discursum doctū rarâ conscripserat arte
De Decimis, linguæ poterat dum plectra movere,
Quem quoq; Doctorum censuræ exponere totus
Optabat, placida sed clausit lumina morte,
Grande Patri desiderium Patriæque relinquens,
Ipsius ast Spartam niveo commotus amore
Suscipit intrepidè cultor pietatis & artis
Thummig, Pierios flos nobilis inter alumnos,
Doctam conscendit benè cultâ mente cathedram.
Et contorta plicis dubiis quæsita paratò
Solvit judiciò calidiq; sophismatis uncos.
Egregium specimen, numerosâ laude canendum
Factum! sic Patri, toti Patriæq; placebis,
Nigris & tenebris caput exonerabis acutum.
Sic Charitum proles, Chariæ sic sedule Cultor
Artis, te Virtus pulchrô mactabit honore.

---

NJcht alles ist ümsonst/ was durch sein stetig Sinnen/
Und angewandten Fleiß bey unsren Pierinnen
Herr Sagittarius im Leben angewand:
Dieweil jetzt seine Schrifft der Nachwelt wird bekant/
So er verlassen hier/ und noch nicht vorgestellet/
Wie er im willen hatt'/ in dem er ward beschnellet
vom Pfeil des Wüterichs. Nun was also verblieb/
wird uns mit Lob und Ruhm/ der ihm zu der Zeit lieb
Und höchstverbunden war/ Herr Thümmig/ offenbahren/
Als blutverwandter Freund. Ich kan auch jetzt nicht sparen
Mein Wündschen: Glück zu diß/ so hiermit wird vollbracht/
Und was sonst mehr gebühret dem/ der nach Tugend tracht!

Aus dienstschuldiger Wolgewogenheit satzte dieses
Joachimus Hensenius, Luneb. den Rechten Ergebener.

---

HActenus haud pigrè Musarum es castra secutus
*Thümmichi*, ducibus nunc iisdem ad prælia tendis,
Prosperat huncce tuum conatum Rector Olympi,
atque tuis studiis adspiret cælica virtus.

*Pauca hæc Eruditissimo Dn. Respondenti adjicere voluit*
Petrus Camps, Brunopolita.

FINIS.